Cantabrigiensium

Dolor & Solamen:

SEV

DECESSIO BEATISSIMI REGIS *IACOBI*

Pacifici:

ET

SVCCESSIO AVGVSTISSIMI REGIS *CAROLI:*

Magnæ Britanniæ, Galliæ, & Hiberniæ Monarchæ.

Excudebat CANTRELLVS LEGGE, Almæ *Matris* Cantabrigiæ *Typographus.*

MDCXXV.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

PRÆFATIO.

VE. M cernis Libellum, Lector, pepererunt Muſæ Cantabrigienſes: *genuit mirabilis quidam Affectus, ex Mœrore & Latitiâ orinundus. Seu videas frontem, ſeu vocem audias, ancipitem planè dignoſcas originem. Nam facies, vt* Iani *olim, gemina: Quâ futuri temporis augurium captat, ſereno vultu renidet; quâ tumultum ſpectat (proh dolor) quàm nubila! quàm mœſta eſt! Neq; ipſa vox tenorem ſervat eundem, ſed modò lugubris eſt, crebriſq; ſingultibus fracta: mox hilaritatem ſpirat & confidenter canit triumphos.*

Numero paginarum certare non libuit. Nam in tanto, tam iuſto omnium dolore, quis fuiſſet modus? Sed quemadmodum lugentis imaginem, genis vnâ aut alterâ lacrymulâ madidis, depingere ſolent: ſic nos ex immenſo illo torrente lacrymarum, quas Alma matri expreſſit veriſſimus dolor, hanc acerram libavimus quâ ad Magni IACOBI *tumulum parentemus.*

Neq; abſonum adeò videri debet, quòd pauxillum argumenti lateris admiſtum ſit. Etenim præterquam quod eâ cognatione inter ſe coniuncta ſunt ambo argumenta, vt alterum meminiſſe non poſſis, quin alterius cogitatio protinus ſubeat mentem; etiam ſi quis harum rerum ſenſus ad mentes beatas pertingat, dubitandum non eſt, hoc quicquid eſt officij, quo filium læti proſequimur, pios parentis Manes non minùs afficere, quàm quas defunctæ perſolvimus lacrymas.

Hæc ſunt quæ neſcire te nollem; iam perge.

I. M. P.

PRÆFATIO.

DECESSIO IACOBI SVCCESSIO CAROLI.

In Obitum Augustißimi Regis IACOBI.

DA tenui veniam Musæ (Rex magne) parentis
Exequias lacrymis condecorare sui.
Defunctum luget nunc mœsta Britannia Regem,
Defunctum mœstus lugeo at ipse Patrem.
Extinctum queritur plorans Ecclesia Daphnin:
Heu! queror extinctum iam Decus esse Meum.
Deflet & amissum pullata Academia Phœbum,
Amissum pullâ defleo veste Iovem.
Lugeat ergò suum Patronum Ecclesia, Phœbum
Musæ, *IACOBVM* Terra Britanna suum.
Nulla queat nostro par esse querela dolori,
Funera quèis tria sunt tanta dolenda simul.

Hoc Epicedium Iacobus *Dux Lenoxiæ Avunculi sui longè charissimi, & quem Parentis loco habuit, defuncti Regis pijs Manibus parentavit.*

Ad CAROLVM *Regem.*

QVæ sua defuncto persolvit iusta *Iacobo*,
Læta dat Augurijs carmina Musa Tuis.
Ecce Sophocleo gestit resonare Cothurno;
Carole vive diu, *Carole* vive diu.
Sed quæ vix didicit Picam simulare, Thalia
Hoc tantùm possit dicere, *Cæsar Ave.*

Iacobus Dux Lenoxiæ, Trin. Coll.

ANglia lethali torpebat frigore, solis
At fervore novi iam rediviva calet:
Sceptriger affulget *Carolus*, qui pace gubernet
Concordi, patris dissona regna sui.
Bellicus vnde furor, tristis cur sævit Erinnys?
Scilicet heu Cæsar pacificus perijt!
Militat in terris *Carolus*, fælixq; triumphat
In cœlis *Cæsar*, semideusq; sedet.

Iohannes Carey, *filius & hæres Baronis Hunsdon, Vice-Comit. de Rochford in Art. Mag. Coll. D. Iohan.*

De ventis antecedaneis.

CLimata quid venti perflârunt turbine nostra?
Quid conquassatus ventorum flatibus æther?
Scilicet *Augusti* præsensit funera Cœlum,
Atq; hi singultus, atq; hæc suspiria cœli.
Augusto Venti evasere mala omina *primo*,
Ast tamen *Augusto* sint aucta secunda *secundo*.

Iacobus Montagu *Coll. Syd. Dom. Mandevil. Vice-Com. Filius natu tertius.*

QVùm vitam Phœnix tradit reparabilis igni,
Atq; abit in cineres, nascitur indè novus:
Tristia duxuntur Phœnicis funera nostri,
Et novus ex eius pulvere natus adest.

Rogerus Bertie, *Baronis Willoughby de Eresby, natu secundus. Syd. Coll.* Præ-

Præſtantiſſimi, beatæ celeberrimæq;
memoriæ, Regis IACOBI
Epitaphium.

CHriſticolas, quot ſunt à Chriſti tempore, Reges
Tempore regnandi cùm iam ſuperàſſet; in ævum
Cum Chriſto regnans, ſuperauit & aſtra, IACOBVS.

Eiuſdem,

IACOBVS hîc iacet. Iacet imperij Cedrus,
Palma fidei, pacis Olea, Laurus ingeni:
Cœli favor, ſuorum amor, mundi ſtupor:
Antiſtes æqui, oraculum prudentiæ,
Scholæq́; Lux, nutritiusq́; Eccleſiæ,
Paterq́; patriæ, paterq́; CAROLI.

Samuel Walſall
Præfect. Coll. Corp. Chr.

DOmi, foriſq́; mundi inanium ſatur,
Petit beata Cœlitum ſedilia,
Amor, *Iacobus*, orbis & Britanniæ,
Graviſſimus Britanniæ orbis & Dolor,
Magiſter orbis & Britanniæ pater.
Titóſve, Iulióſue, (Magna Nomina)
Tulitve principes quot orbis vſpiam,
Eos *Britannia* triumphat vnicus
Iacobus, iſte honos ei ſit integer.
Minora narro; Dij tui, ne vix pares
Erant Homere; Numina æſtimes licèt,
Dijs, ſolo poloq; Dignior frui.
Serenus & benignus abſq; Nube ſol,
(Ne ſol quidem eſſe liberalior queat,)
Severus almæ at æquitatis arbiter;

Alijs Themis fuit, ſed ipſe Lex ſibi.
Scientia abdita, & ſtupenda poſteris,
Neq; is minore perſpicax Acumine;
Adempta palma literariæ rei, vt
Apollinem daretq; Athenas æmulas.
Super ſed adde, & ingeni beati opes,
Et expolita plura ſcripta regia,
Nec illa deleátve, diruátve edax
Vetuſtas vlla vaſtitáſve temporum.

Dei reapſe Imago viva honoreq;,
Fideliter tenens tuenſq; creditam
Sacram fidem. Patrumq; Sanctitudines,
Styliq; nobili aſſerens acumine,
Trophæa deq; te erigens perennia,
Superba ô Septimontium, & mero tuo
Sophiſtico, Suiticoq; tagmate.

Manu almâ is, atq; myſtico chariſmate,
Pol iſtud abditum eſt, probante ſed Deo,
(Amoris Indicem meri dedit Deus)
Medetur ægro, vt efficace Pharmaco.
Salutis ergô natus, Otho tertius
Vt alter, orbis Ille Mira dictus eſt.
Sua vnicuiq; gloria eſt, ſuusq; Honor,
Togata, amica pacis, alma ſecula
Et aurea hæc creàſſe, gloria eſt tua,
(*Iacobe* Magne) nec tacenda poſteris.
At heu viciſſitudo! en his fugacius,
Nihil! ô Carnis, orbis, imbecillitas;
Status, graduſq;, ſpirituſq;, gloria &
Repens recedit omnis, omnis avolat:
Homo Caduce, præbet exitu cito
Videndum, humo fati Ioves, quid ij fient;
Dat his ſuperba Iura febris Impotens;
Dies; minus quid; Hora vana; gloriam &
Miſella gaudia omnia, arcta terminat.

Homo

Homo Caduce, quin & has tuens vices,
Beata ſomnia ambias; ſuperbias,
Opinionis inſciæ impetu levi.
Caduce Homo at ſtupeſce; Tuq; deſine
Iambe mi, dolere enim haud ſatis vales,
Deum precare, *Carolum* vt ſuis, ſuum,
Diuq; ſoſpitem, & ſuperſtitem velit,
Novum Decuſq; , *Principem Platonicum.*

Iubar ſalubre *Carole*, ô diù precor,
Diuq; ſplendeas, ſerenum & Inclytum,
Tuæq; *Lumen alterum Britannie*,
Decus perenne poſthumis Nepotibus!
Diù recumbat in tuam vt *Britannia*
Secura curam, opemq; [principum optime]
Et ipſe regium patris thronum vt petis,
Virente, vere, vitæ, & Anni, & optima
Spei, tibi perinde, (ô ſeculi decus,)
Benigniore ſorte, ſit *Perenne ver*,
Sit atq; Amœnitas beata maximè.

E. Trauers. Coll. Chriſti; S.T.D

IN
DECESSOREM IACOBVM *PARENTEM*,
ET
SUCCESSOREM CAROLVM *FILIUM*,
Utrumq;,
Stupendi Meriti Monarcham, atq; omni
Titulo longuſſimè maiorem.

AT ô Sororum quicquid ad Gratæ ſacros
Fontes ſedetis, Ingeni,
Et Literarum Præſides; Fruſtra meæ
Lyram indidiſtis dexteræ.
Nondum gemello ſpiritu doctum modos

Inire tam contrarios,
Me Vatibus vestris vel hîc non inseri,
Vel hos minùs cognoscere
Divos oportuit, *Iacobum & Carolum.*
Ah! quid potest plectrum? levis
Stylus quid? Impares; rebus hæsitans
Lingua allaborabit modos?
En ipsa mens mihi intimis in sensibus
Nescire, quod scit, cogitur:
Adfectuumq; duplici certamine
Mirata sese distrahi
Iustos Triumphos inter, & Lugubria,
Haud ipsa sufficit sibi.
Quin Vos, per omne quod futurum ducitis
In sorte vestræ Gloriæ,
Resumite hanc lyram, precor; Et alijs melos
Hoc imperate, qui minùs,
Iactura quid sit Regis omnium Optimi,
Intelligant, quæve omnium
Vota Optimo sint nuncupanda Principi;
Seu lacrymer, seu rideam,
Stuporibus *Me* perfrui interim meis,
Heroum in hoc verè *Pari*
Incomparabili, sinatis, ô Deæ.
Quòd si suum concedere
Iusto stupori non placet silentium,
Dicto sat hôc sit vel brevi,
(Quod nec ducentis congruentiùs tamen
Metris licebit dicere;)
Sensus vtut referre mentis abditos;
Tanto Parenti Filium
Tantum, Iacobo Carolum succedere
Oportuit, vel neminem.

Vox ex abrupto erat Stupentis,
Illacrymantis, Triumphantis,
M. Wren Aul. Pemb.

Diri-

DIriguiſſe ferunt Nioben in Marmora, natos
Cùm iaculis fixos vidit Apollineis.
Quàm fælix Niobe es marmor iam facta, peremptis
Pignoribus Tumulo cui licet eſſe Tuis!
Invidet ecce tuo gemebunda Britannia fato,
Marmoreamq; cupit ſe fieri ſtatuam,
Vt Mauſoleum poſſit decorare *Iacobi*,
Quem telis petijt ſævus Apollo ſuis:
Et fato ſimilis lacrymarum fonte perennes
Diſtillet vitreo marmoris inſtar aquas.

In inaugurationem Sereniſſimi Regis
CAROLI.

FAllor? an Ætherià *Iacobus* veſcitur aurâ,
Geſtat adhucq; ſuâ ſceptra Britanna Manu?
Cùm vigeant noſtris Saturnia ſecula in oris,
Anglos Paxq; beet, Liber & alma Ceres.
An ſic fata volunt? *Iacobi* & filius ijſdem,
Quèis Pater, auſpicijs naſcitur imperio?
Aggredere ô Magnos igitur, Rex *Carole*, honores
Chara Deûm Soboles, Curaq; magna Deûm.
Eliſabetheas vt Patris oliva Cupreſſus
Vicit, ſic cedant ſceptra paterna Tuis.

Ant. Topham S. T. D. *Coll. Trin.*

QVid Mauſoleo defixus in aggere pendes?
Magna licèt, Manes non capit vrna ſuos.
Relligio, Muſæ, pax, & prudentia, iuſq;
Humani non ſunt ſeminis, aut tumuli.
Aſtra petunt agiles quibus eſt cœleſtis origo
Putrem ſpernit humum chara Deûm ſoboles.
Interea valles, montes, Parnaſſia rupes
Mœret, & in ſalſas tota liqueſcit aquas.

Vidit,

Vidit, & à ſumma miſeratus Iuppiter arce,
Terra metu, dixit, parce Britanna tuo.
Quæ Pater avexit moriendo gaudia cunq;,
Regna dabunt nati fertiliora tibi.

Hen. Mowlove Coll. Regal.

TRiſte aliquid lætis intervenit, vſq; adeò non
Sincerum, & ſimplex vllum amat eſſe bonum?
Læta parabantur nato ſponſalia Regis,
Regem ipſum ſubitò ſuſtulit atra dies.
Turbavit lætos priùs altera ſors Hymenæos
Cùm Berecynthia iam tibia iam caneret.
Felix at princeps, & tu Rex optime felix
Non minùs, haud quicquam defuit alterutri.
Maturus pleno ſucceſſit tempore patri
Filius, optavit tradere ſceptra pater
Huic tali, tali ingenio qui præditus eſſet,
Cognitus à puero regium habere animum:
Qui caput inſigni Diademate cinctus honeſtum,
Mox vertit luctum in gaudia magna brevem:
At genitor rex natus erat: paulò minus illum
Et Regem vidit Sol hominemq; ſimul,
Qui vitæ Regniq; annos totidem numeraret,
Summæ, ſi fortè, haud integer vnus abeſt.
Bis ſex luſtra ſat eſt, regnum obtinuiſſe quietum:
Rara auis, & paucis contigit hoc alijs:
Septem terq; decem tenuit Chaledonia meſſes:
Accepit Regem hinc Anglia terra ſuum:
Tum ſpatium par mæſta, vbi ſeſe extendere poſſet,
Conſpicua eſt virtus illicò facta magis.
Forſitan immodica eſt largitio viſa quibuſdam.
Naturâ nimiùm quippe benignus erat:
Sed laudem non magnam in tanto Rege meretur
Si ſit frugalis, peccet in hâc potiùs.

Cur pro Rege Dictum.

Provexit

Provexit multos: inopes ditauit amicos:
Regibus hæc ſemper gloria ſumma fuit:
Impia ſacrilegi compeſcuit arma furoris
Quod fieri potuit, pacis & autor erat,
Externiſq; ſuiſq;. Ergò nunc præmia adeptus
Pacificatorum in pace quieſcit ovans:
Maiora ſpolia, & plures de pace triumphos
Promeritus, quàm quos horrida bella iuvant:
Pompilius niſi ſi minus eſt mirabilis illo,
Qui pater & primus conditor Vrbis erat:
Armipotens armis firmavit hic: ille ſeveris
Legibus imperium & religione novum:
Ille regens populum tranquillâ pace beatum,
Non cum finitimis bella cruenta gerens:
Nec te præteream, maior laus omnibus vna,
Quod bene coniunxit regna dirempta malè:
Sæva duellorum certamina, ſæpe feroces
Genteis vexabant finitimaſq; duas.
Hanc deus & melior litem Rex ipſe peremit
Concordes iungens fœdere perpetuo.
Anglos atq; Scotos nova nomina bellatorum
(Namq; hoc ſemen, & hæc huius origo mali)
De medio tolli iuſſit, vetereſq; Britannos
Rettulit, vt nomen conſociaret idem:
Quis non prætulerit divinis omnibus vnum
Conſilium hoc tantum tamq; ſalutiferum?
Ergò manebit honos huius per ſecula facti,
Nec famam extinguet longior vlla dies:
Iam quid devotum memorem ſtudium pietatis?
Hic Virtutis apex, omnium & hoc caput eſt;
Hàc [b] Dijs charus erat (quis non fateatur?) aperte,
Ereptus toties tot ſcelerum inſidijs.
Effugit ille manus (quod prodidit ipſe) nefandas; [c]
Dùm matris clauſum in ventre necare parant:
Hæc ſolatia nos meditamur inania nobis:
O Rex ſancte Vale, ſtat ſua cuiq; dies.

a ἐνδιατρίβων.

b φανερῶς ὑπὸ θεοφιλὴς.

c *In Manuſcripto ad Principem.*

Stelliferi nunc Omnipotens Regnator Olympi
Visere cum Divis regna superna dedit.

Οὐχ ἅμα λοῖς θνηλοῖς εὐδαίμονα πάντα τέτυκται
Χωρὶς ἰῶν θνητῶν ἀθανάτων τε θέμις.
Ἀμβάλ' ὃ καίνοισιν ὁ ἀρανὸς εὐρὺς ἀν' ὤπη,
Οὐδ' εὐδαιμονίης οἵ τις ἔχει τὸ πέρας.
Ἐσὶ μὲν ἓν πολλοῖς. ἡ μοῖρα δὲ πᾶσιν ὁμηδὲς,
Εἰ τό τις ἦν βασιλεὺς, οἵ τε πενιχρὸς ἀνήρ.
Βλάπλει δ' ὀλὲν μοῖρα ταπεινόν θ' ὑπάτοιο
Τὸν ἀγαθὸν, κέρδ' μᾶλλον ἀγει λο μύγα.
Πρέξις εἰρήνης θαλερᾶς πεπρωμένη ἡμῖν
Πᾶσι τὸ ἶσον ἄλλοις ἦν Ἰάκωβ' ἄναξ.
Αὐτὸς ἀνευθεν ἔχας πολέμους τε μάχας τ' ἀνερύκων
Ἀσοῖσι σαθερὴν ἡσυχίην ἔπορεν.
Λησῶν μὲν γαῖαν, καὶ ἀπειλισῶν δὲ θάλασσαν
Ἐξεκάθηρε, φέρων εὐσεμίην ἀγλαὴν.
Εἰρήνην τ' ἀγαθὴν κυριδρόσον. ἣν ἄρα πολλῶν
Ἀντιπρὺς πόλεων ἔρμα φαλευομένων.
Πρὶν δ' ὅρις ἦλθ' κυδοιμὸς ἀπὸ χθόνα κ' κατὰ πόντον
Ἐθνεσι δηλαίοις παῖ' ἰαύπεσεν ὀμῦ:
Τῦ κ' ὑπὸ γλώσσης μέλιτ' γλυκίονος ῥέεν αὐδὴ,
Ἔζετο δ' οἱ σοφίῃ χάλκεον, ὡς Περικλῆ.
Δὴ τότ' ἐβλάπτοσαν βουλεύματα κεδνὰ, λόγοι τε,
Ὅπλα δ' ἡσυχίῃ φρίσσορα ταῦτα πόλει.
Εἴ τι δ' ἀπάντα πρῆγμα παλίγκοτον, ἐκ δ' ἔγε τῦδε
Λίλι' ἦν, ἔδε δ' πολλ' ἐπεμυθέσατο.
Πολλὰ δὲ συμβαίνει φαρὰ τὸν χρέον ἀνθρώποισιν
Οὐδ' ἐσὶ σαθμὸ πρήξις ὑλιμᾶς.

Nestor *apud Homer. Iliad.* 9.

Οὐδὲ καθ' ἡμέτερόν γε νόον. μάλα δ' τοι ἐγωγε.
Πολλ' ἀπεμυθεόμην.
Εἰ μὲν ἐπιτυχῶς τοῦτόν γε, καλῶς δ' ἔν ἔχοι. ὁ δ' ἐμὸ,
τὸ μῆνις κ' νόσος τινὰ αἰτίαν ἐκίνησεν.

Andreas Downes, Hellenismi professor regius Cantabrigiæ.

In

In Auguſtiſſimi Regis Iacobi ſunus

Θρηνῳδία.

QVem Charites, Muſæ, clariſſima ſtemmata, virtus,
Quem pietas, & priſca fides, prudentia ſumma
Formârant rebus magnis, ſceptriſq; gerendis,
Tolleris humanis heu rebus Magne *Iacobe:*
Scilicèt & ſceptris non nôrunt parcere Parcæ.
Ergò te meritò lugent Eccleſia, Templa:
Ora rigant Muſæ, lacrymas Academia fundit.
Sed licèt eripiant Te terris invida fata,
Mens tamen alta volat ſuperas properanter ad ædes,
Sanctorum miſcenda choris, animiſq; beatis.
Fama itidem neſcit geſtorum cedere fatis,
Non pacis ſtudium, non veræ Relligionis
Sanctus amor, felix triplicis non vnio ſceptri,
Ingenijvè tui monumenta perennia quovis
Ære magis, certò ſeros aditura nepotes.
Illud & in ſummis meritis, quòd prole beâſti
Regali Britonas: moritur non ergò *Iacobus*,
Phœnicem inſequitur Phœnix, Rex *Carolus*, alter:
Tu pater omnipotens ſuperi Regnator Olympi
Da Phœniceos vt vivat *Carolus* annos.

S. W. Profeſſ. Theolog. D. Margar. & Coll. Sidn. Magiſter.

QVem pietas, iuſti ſtudium, clementia, docti
Cura chori vehemens, nec non prudentia ſumma
Ornârunt regem, ſophiæ qui exarſit amore,
Iacobum triſti ſublatum morte dolemus.

INſignem pietate virum, quin pacis amantem,
Prudentem, iuſtum, doctum, ſummeq; benignum,

Fortem, magnanimum, Divino munere clarum,
Iacobo Carolum regem ſuccedere, lætum.

Thomas Harriſon Collegij ſanctæ, ac individuæ Trinitatis Vice-magiſter.

ET Reges obeunt. Mors ſceptra ligonibus æquat.
Solus Rex Regum manet immortalis in Aulâ
Cœleſti; æternum ſic permanſurus in ævum.
Hoc nulli Regum voluit ius eſſe minorum.
Terrenum poſuit magnus Diadema *Iacobum*,
Vt fieret maior cinctus meliore Coronâ
Rex in perpetuum, felix ſuper aſtra triumphans.
Ille nihil paſſus damni: Iactura reflectit,
Quæcunq; eſt, in nos: ſed & hæc iactura ſecundam
Invênit tabulam dextro ſub numine fauſtam,
Quâ mediante ſumus tuti, portuq; recepti.
Phœnix Phœnici ſucceſſit: Regnat vterq;,
In terris Phœnix *Carolus*, Cœliſq; *Iacobus*.

OCcubuit *Fidei Defenſor*. At illa Patronum
Lætabunda novum nacta eſt, orbata priore.
Quàm multum debet noſtra hæc Eccleſia ſummo,
Vltrò pro nobis fecit qui tanta, Iehouæ!
Illius hoc opus eſt: Illi ſit gloria ſoli:
Qui voluit ſimili ſimilem ſuccedere Regem.
Aſpice venturo lætentur vt omnia ſæclo!
Aurea Saturni redeunt iam tempora cani:
Imò magis *Caroli* incipiunt; quippe illa fuerunt
Ficta; ſed hæc verè ſperamus vera futura.
Multum habet vnde queat gens exultare Britanna,
Principe quòd Princeps penſetur; ſic vt in vno
Quicquid perdidimus, plenè reparetur in altero.

W. Power

Elingui

ELingui Crœſi nato, mucrone coruſco
Armatum in patriam cùm videt ire necem,
Reddita vox ſubitò eſt, & quæ natura negârat,
Conſcius elicuit turbida verba dolor:
Sic mihi quem multo iam tempore nulla ſororum
Viſit & ingenuam ſuppeditavit opem,
Quæ natura negat, dedit ingens carmina luctus,
Et faſtiditos cogit inire modos.
O ego quàm vellem potiùs tacuiſſe, nec vnquam
Tam fera triſtitiæ ſigna dediſſe meæ!
Tuq́; tuis regnis, nos te poteremur ovantes
Rex *Iacobe*, quibus nil niſi luctus ineſt.
Sed conceſſiſti fatis, concedimus & nos:
At non flere nefas, quæ reparare nefas.
Ergò, qui facit in ſubitos erumpere luctus,
Cogit & hos luctus comprimere ipſe dolor.

I. S. C. Regal.

INceſſùm triſtes Elegos meditare Poëta:
Nam cum Rege ſuo mortua Muſa filet.
Parca, *Iacobeæ* rupit quæ ſtamina vitæ,
Metrorum pariter fila caduca ſcidit.
Extinctum nequeunt crudeli funere Regem
Carminis extincti concelebrare modi:
Lacryma ſpiſſa linat chartam, fiatq́; litura;
Cùm caſu in miſero littera nulla fluat.
Quòd ſi flebilibus via libera verſibus eſſet,
Immenſum campum poſſet habere dolor.
Nonnè vides, Vno iam rege cadente *Iacobo*,
Damnorum acciderit quàm numeroſa cohors?
Haud facile, aut promptum eſt exordia ſumere prima,
Extremis cùm ſint omnia tacta malis.
Prima tamen facies occurrit mœſta Sionis,
Cuius apud Regem maxima cura fuit.

Scilicèt hunc montem ſtabilem, pietate fideli,
In ſtabili poſitus reddidit ipſe throno.
Si qua fides: Tutor Fidei meritiſſimus audit,
Parte omni qui ſic texit, & arte Fidem.
Scilicèt hanc Linguæ defendit divite venâ,
Conſilio Mentis, dexteritate Manûs.
Doctrinæ Fidei quò prompta pateſceret auris,
Iugiter in ſanctâ pes pius æde ſtetit,
Ipſa etiam ſacris deſervijt Aula, dicata
Eloquijs, precibus, colloquijſq; ſacris.
Nec loca luſtravit ſolùm pietate *Iacobus*;
Sed legit ſacros, inſtituitq; dies.
Nempe Dei Regum ſupremi vindicis, arctis
In rebus, plenam viderat antè Fidem.
Ergò fidem ſummo voluit præſtare Patrono;
Talia grati animi dùm monumenta ſacrat.
Has meritò poterit laudes Altoris adempti,
Et totidem queſtus dinumerare Sion.
Nec tantum queritur funeſtam Eccleſia ſortem:
Publica res, triſti ſquallida clade, gemit:
Contenta exoſas Aſtræa reviſere terras,
Iudicium Regi Iuſtitiamq; dedit.
Candida Pax, nullo Bellonæ rupta tumultu,
Complexa eſt lætum, firma, potenſq; ſolum.
Sumpſerunt hilares ingentia munera Muſæ;
Et ceſſit meritis vndiq; dignus honor.
Illa fuêre priùs: Nunc pro virtutibus illis,
Triſtitiæ creſcit ſpiſſa feraxq; ſeges.
Rex tamen intereà, ſcalâ portante *Iacobi*,
Altera cum ſuperis, altaq; regna ſubit.

In diem obitus.

I *Acobe* prime, claudis vltimum diem:
Iacobe ſexte, ſeptimo die cadis.
An evenire ſanctior queat dies?
Ducemq; ſanctitatis integerrimum,

Bea-

Beatitatis ad perenne Sabbatum,
In alta regna qui referret, aptior?

QVid ô Camænæ, ripa quas Cami nutrit,
Deflere regem ſic ſuperfluis pennis,
Cordi eſt? Honores ille, propriâ pennâ
Meruit perennes, adijci quibus fas eſt
Nihil: Calamitas alia ſi *Iacobea*
Morte accidiſſet nulla, luctuum ſummam
Sola hæc calamitas attuliſſe cenſenda eſt;
Quòd calamus ille regis inclyti ceſſat;
Quo nemo dignum ſtrinxerat, parem nemo.

VIXIT *IACOBVS: CAROLVS* VIVAT: Satis
Laudata precumq́; crederes datum; niſi
Quòd ille dignis laudibus nunquam queat,
Memorandus, ora per virorum currere;
Et dignus hic ſit precibus immenſis, Patris
Felicitatem vt aſſequatur æmulus,
Felicitatem vt donet, æmulus *Patri*:
Sibi vt periſſe ſentiant gentes nihil,
Niſi nomen vnum, ſed nec illud integrum;
Quòd nempe, adempto pro *Iacobe*, *Carolus*,
Carolus at ipſe, quòd *Iacobeus* regat.
Ita res ſecundæ à *Carolo* Primo fluant.

Andreas Woode Socius D. Ioh.

ERgò & pupillum Clerum, populumq́; Britannum,
Ergò ſcholas noſtras deſerniſſe libet?
Nec Clerus precibus, populus nec amore moratur,
Nec Schola te lacrymis (prime *Iacobe*) tua?
Ergo vnà moriamur, & inuideamus honorem
Turbæ, cui dudum fata dedere mori.
Dulce mori tecum, ſequimur te in regna ſuperna
Cùm dabitur tandem ſcala, *Iacobe*, tua.
Interea mœſtas ſolabitur vtraq; Muſas
Regia progenies *Carolus* atq; *Liber*.

Ægid. Baden C. C. C. Non-

NOndum lugubrem Miſeranda Britannia formam
Deponis, quâ Cæſareis ſub faſcibus olim
Induta es? tum te matronam turpiter atram,
Mœrentem pullâ ſuccinctam Veſte, capillis
Sparſis, Oceanum lacrymarum ob triſtia fata
Vndiq; fundentes oculos, quo brachia laſſa
Tantùm non ſubmerſa moves, cœlumq; tueris,
Deſcripſit Victor Romanus: & illa doloris
Præſenti à luctu non multùm abludit imago:
Hoc tantùm diſpar, quòd tum de Cæſare queſta es,
Nunc (meminiſſe piget) nunc de non Cæſare queſta es,
Atq; hæc fertilior longè ſeges altera queſtus
Luxuriat, Vaſtiq; novum maris æquor arandum eſt.
Exul Agenoreâ num quis de ſtirpe creatus
Anguineos noſtris, lethalia ſemina dentes
Seuit agris, cladis dirâ incrementa futuræ?
Aut ſera fatali de pyxide fudit in orbem
Funeſtas Pandora faces? Libitináve tandem
Delicias facit, & vulgaria fercula temnens
Regali geſtit pretioſo ſanguine paſci?
Non *Hamiltonius*, nec vterq; *Lenoxius* Heros
Queis pia divinis ardebant pectora flammis:
Non *Nottinghamius*, *Belfaſtius*, aut *Sackvillus*,
Pignore cum charo vel *South-Hamptonius* vrnæ
Sufficerent? Quem das finem Libitina dolorum?
Quò tendes? vaſto guttur diſtendis hiatu,
Vtq; lupus perſtas dulcedine ſanguinis aſper:
Cæſareumq; petis iugulum, quò corpora tradas
Tergemini regni mœſtis exanguia buſtis.
Sperâſti erepto Palinuro, & in æquore merſo
Atq; gubernac'lo fracto exundante procellâ,
Cui datus hærebat cuſtos, curſuſq; regebat,
Noſtra quòd *expoliata armis, excuſſa magiſtro*,
Deficeret *tantis navis ſurgentibus vndis:*
(Quî non deficeret clavum niſi protinus orbum

Enci-

Exciperet pius Æneas, *Geminiq́*, repentè
Fulgerent *fratres*, perlucida ſydera, nobis.)
Sed quis ſuſtineat tanti momenta doloris?
Non humero torquens axem, non cœlifer Atlas.
Dic vbi, mors truculenta, ſecundum auferre *Iacobum*
Terrarum è gremio poſſis, ſolióve ſuperbo?
Dic vbi flos alter Clarius, ſuadæq́; medulla
Conſimilis? linguam quis ſic in nectare tinxit?
Sic quis Vrinator naturæ arcana retexit?
Seu te Triptolemi ſerpentes altivolantes
Traxere, aut totum Cybele circumtulit orbem,
Aut quo Bellerophon Muſarum prodidit vndas
Vngula equi: Phœbuſq́; ſuas tibi flectere ſoli,
Quas malè tractârat Phaëton, conceſſit habenas;
Hæremus taciti: doctrinæ maxima noſtræ
Laus anguſta tibi, ſpatioſa volumina nobis
Sunt argumento ſolijs æquanda Sibyllæ.
Cuius enim à calamo defluxit principis vnquam
(Appello monumenta annalibus eruta priſcis
Et longâ ſerie ſignantes tempora faſtos)
Melleus Euphrates, torrens rapidiſſimus, omnes
Sectæ perrumpens obices atq; vndiq́; ſternens
Romuleæ, vel qui compeſcuit *arma minaſq́*;
Seu *Bellarmini* fuerint dudum *Arminijve*,
(Namq́; habet haud falſum conſenſus nominis omen.)
His nuper monſtris eccleſia mœſta marinis
Expoſita eſt, durâ ſcopulis religata catenâ.
Sed tu devotæ miſeratus virginis, ales
Accedis *Perſeus*, balænas conficis, almam
Andromedam exolvis vinc'lis, & *Gorgone* victa
Servas incolumem Sponſam, fortiſſime Princeps.
Turrigeros humeris *Marti* ſacros elephantos
Duxiſti domitos pariter, ſtimuliſq́; ſubactos
Iunx'ti Cæſareos currus ad templa vehentes:
Sic tu quâ poſſent muniri ſceptra, docebas:
Nam non mobilibus niteuntur regna columnis,

Non *Cræſi* gazis, populíve examine denſo,
Nec ſi rex vafram fallendi noverit artem.
In cœlo regni ſed fundamenta locanda:
Illa Syracoſius non conquaſſare valebit,
Hæc *Pyrius pulvis* non conquaſſare valebit.
Per te ſub patulæ ficus vitiſq; canebant
Tegmine *Brutigena* cœleſtia cantica læti,
Atq; *Caledonij* ſaltus latuêre ſub vmbrâ
Poſt deſolatos ferro, flammâq; penates.
Cùm lyra nativo ſqualleret *Hibernica* tabo,
Lugubreſq; modos ageret; cumq; vndiq; fracta
Diſcordes raucoſq; ſonos daret; ipſe, *Iacobe*,
Omnia componis, nervos diſtendis (*Apollo*)
Adq; melos numeroſq; tuos ſtupet *Orpheüs* ipſe.
Singula non memoro, ſed tecum gloria noſtra
Subſtitit, atq; alium tecum volitavit in orbem;
Non aliter quàm cùm (vt perhibent) verſutus *Vlyſſes*
Palladis obſeſsâ *Danais* ſubduxit ab arce
Cœlitùs elapſam effigiem, ſic *Pergama* vincens:
Tum primùm *Phrygij* ſine vi cecidere, ſine armis,
Et meruit tum Troia capi: nec victor *Achilles*,
Aut *Agamemnonia* tantum potuere *Mycenæ*.
Tecum vnà columen patriæ, ſic gloria noſtra
Hæſit, & infauſtam tecum migravit in vrnam.

ACcipe, quæ pietas, patrijs quæ Manibus vnà
Noſter cum tenui farre litavit amor:
Accipe, tam ſacro ſtirps non indigna parente,
Noſtraq; connectas triſtia damna tuis.
Omnibus ex æquo dolor eſt, exundat in omnes,
Anguſtos fines ſanguinis exuperat.
Eſt pedibus iactura prior, mens quando recedit:
Nunquam cor ſolam dixerit eſſe ſuam:
Occaſum citiùs vallis perſentit opacâ
Solis, quàm quæ ſunt montibus alta iuga.
Græcia transfoſſum cùm deploravit *Achillem*

E numero *Pyrrhum* pars quotacunq; fuit?
Orbatiq; ſumus nos charo patre, Britannos
Dicatur ſolus qui genuiſſe ſuos:
Charior ille fuit nobis patre, ſpiritus oris,
Dextra, caput, cor, mens, omnia ſolus erat:
Ergò *Iacobidæs* non patrem, luge *Iacobum*,
Plus proprio cuivis patre *Iacobus* erat.

Car. Chauncy Bac. Theol. Coll. Trin. Soc.

Academia Cantabrigienſis.

——————At ô Divis aſcite *Iacobe*
Vulnera quanta mihi, gaudia quanta creas?
Vulnera præpropero quot adauges anxia letho,
Integra tot *Caroli* gaudia reddis ope.
Aſt Ego Muſarum nuper regnata Parenti,
Et ſimili Prolis continuata vice,
Quamlibèt ambiguo ſuccurrant carmina Phœbo.
Dùm mihi mœſta parum, nec magè læta placent,
Attamen erumpam: patrio nec Granta dolore
Parcior exiguo vortice volvet aquas,
Gaudia ſi placeant, largo fluat agmine lætus:
Si lacrymæ, lacrymis auctior amnis erat.
Abſit vt ingrato Patris ſub funera cantu
Crudeli violem vulnera lætitiâ.
Abſit vt incauto Nati ſub munera planctu
Iniuſta violem gaudia mœſtitiâ.
Quid faciam? plorem, anné canam? Patriæné carebunt
Funera mœſtitiâ, munera lætitiâ?
In dubio mens eſt. Pietas accedit vtriq;,
Et tamen alterutro deficit officio.
Quid faciam invêni. Teſtetur gaudia fletus,
Et dolor adversâ ſe tueatur ope.
Nempe ſuos etiam fundant cùm gaudia fletus,
Mœſtitiæ lacrymas gaudia miſta dabunt.

G. Boſwell *Coll. Ieſ. Soc.*
Sen. Acad. Procur.

QVæ miſeros lamenta manent, quæ fata Britannos,
Sol Solis medio cùm cadat ipſe die?
Sol cecidit, ſed quòd Solem nox nulla cadentem
Excipiat, virtus (*Carole* Magne) tua eſt.

T. Bayly Regal.

ARbiter Europæ, Paciſq; haud frigidus Author,
Non ſibi ſed Mundo providus, Heu cecidit!
Externi hunc plorate Duces? Gens ſubdita pro Te
Pro te Animas mallet fundere, quàm lacrymàm:
Regnat & in Cœlo Pietas; Doctiſſime Regum,
Sanctius ambivit nulla Corona caput.

SI Terras, Rex fauſte, Tuas numeramus, & Vndas:
En tria ſunt tantùm Regna relicta Tibi;
Si, Rex magne, Tuæ numeramus gaudia plebis,
Neſcimus quot ſint ſubdita regna Tibi:
Carole, regnorum quot dones millia, neſcis;
Carole, das vno millia multa die;
Nam ſplendore Tuo tantus ſe quiſq; Coronat;
Et regnum in Regno ſperat habere Tuo.

Tho. Goldſmith Trin. Coll. Soci.

Britanniæ *Execratio, Febris ſacratiſſimo Regi*
IACOBO *letalis.*

FEbris improba, ter ſceleſta febris,
Tun' ardentiùs æſtuans furenſq;,
Tantum flagitium auſa es occupare
Iacobiq; ſacrum integrumq; pectus?
Pectus candidius, beatiúſve,
Quo non Sol oriens tuetur vſquam.
Ah! neſcis Furia omnibus perofa
Quot vexas miſeram malis tremendis!

Qux

Quæ mi præſidium meæ ſalutis,
Quæ vitæq; ſimul ducem patremq;
Vno ſurripis impotente morbo.
Quis mihi numeret ſuãvitates,
Queis ſperare nefas ſuãviores?
Quis mihi numeret beatitates
Queis ſperare nefas beatiores?
Quæ ſuperſtite te, *Iacobe* ſancte,
Bearunt teneros meos alumnos.
Quis mihi numeret graves dolores,
Queis dolere nefas magis dolendos?
Quis clades varias, pericla multa,
Queis timere nefas magis timenda?
Quæ nunc Lumine te, *Iacobe*, caſſo,
Inundant teneros meos alumnos.
Quin tu peſſima, teraq; inauſpicata;
Quid tibi & Domino meo *Iacobo*?
Pro quo mille velim ſubire morbos,
Pro quo mille velim ſubire mortes.
Redde mi Dominum meum Iacobum.
Pallida an cupis inſidere fronti?
Pallens frontibus inſide reorum.
An vires gelidas probare gaudes?
I, iuva Æthiopes nimis peruſtos.
An vires calidas probare gaudes?
I, torre Rhodopen nimis rigentem.
Quid tibi & Domino meo *Iacobo*?
Cur vriſq;, voraſq;, congelaſq;?
Cur hunc ſurripis impotente morbo?
Redde mi Dominum meum *Iacobum*;
Pro quo mille velim ſubire morbos,
Pro quo mille velim ſubire mortes.

Cuth. Pearſon Coll. Regal.

IVppiter è ſummo ſpeculatus culmine cœli,
In terras oculos conijcit ambiguos:

Cætera

Cætera dùm ſæuo ſqualentia ſanguine vidit;
Sola Britannorum hæc inſula tuta fuit.
Qui ſimul adſtiterant, miratur turba Deorum;
Quærit, an ex vndis inſula tuta foret?
Non, ait Omnipotens, verum ſapientia Regis
Regnis ad Pacem ſufficit vna tribus.
Haud credunt Superi: placet experientia cunctis:
Rex fatis ceſſit; mox ſonuere tubæ.
Ergóne in æternum noſtras Pax alma relinquis
Terras? atq; tuos deſpicis Angligenas?
Ergóne marceſſent oleæ? ſemperq; virentes
Marceſcet laurus dilaniata comas?
Sic viſum eſt Superis; dum triſtia Numina miſcent
IACOBI funus, funere cum Patriæ.

OCciduis latè fulſit regionibus aſtrum,
Æmula lux Phœbo, dum fuit illa, fuit.
Huc ſoliti ſpectare, ſuos conuertere curſus
Gaudebant Nautæ, fidus ad occiduum.
Qui vaga regnorum ſulcabant æquora Reges
Hinc petere auxilium, conſiliumq; ſolent.
Imperijs tria regna ſuis, at cætera mundi
Rexerat exempli lumine Pacificus.
Heu quæ tempeſtas! heu quàm nox ingruit atra,
Sidus cum terris occidit occiduum!
Terrarum Domini mundi clavumq; tenentes,
Naufragium metuant cùm Cynoſura cadit.

Richardus Love, Aula Clar.

FLos dudum iuvenis; iuventa florens:
Flos ô Regie; floride indè iam ô Rex:
Nullis grandinibus retuſus, æſtu
Nullo decide marcidus; nec vllâ
Manu carpere, flos, malâ, malignâ!

Quis

Quin tu, flos, genitalis, ô, Favoni
Aurâ vivificante mulceare!
Firmere, ô, radio fovente ſolis!
O, Salubribus imbribus rigere!
Flos florem, folium, ferenſq; fructum,
Flore, Floride, flos future floris.

Eiuſdem aliud.

Votis annue, Numen! ô Deus, qui
Vnicâ [a] vniter vnitate es vnus: [a] *Pet. Pon.*
Triplici & ſine ternione Trinus.
Votis annue! tum indies ad aram
Faxo rite, adolendo gratiarum
Thura, ac iugiter imbuendo Laudis
Pio è pectore victimâ incruentâ.
Votis annue! perpetiq; nomen,
Mactum Laudis adoreâ, beatum
Traſmittam modulatu in æva. Votis
Qui Trin-vnus es, annue, Vni-trinus!

Eiuſdem aliud.

Patria *Iacobi* modò non commortua morti;
Dum Verus Regnorum hæres, laudiſq; paternæ,
Carole, ſuccedis ſolio; rediviva reſurgit.
Oh, fit iô: Luctus, Lux: heu, ἴυ: plangere, plauſus:
Carmen, χάρμα: liber, líber: fit muſica, Muſa:
Voces, vocales: vitalis, vita: renata,
Natio: flos, florens: populus, ceu pôpulus ingens.
Ecce ſolum! ecce ſalum! cœlumq; ſaluſq; videntur:
Angelica, Anglia: Scutum, Scotia: Hibernia, Verna:
Ὀλβιον, Ἀλβιον: eſt Πρύλαγία, Britannia: civis
Quiſq; [b] μάκαρ ὅλος eſt: & quiſq; eſt, *Carole*, cantus. [b] *Beatus totus?*

Samuel Walſall Præfect. Coll. Corp. Chr.

PRimus vltimum obit diem Iacobus
Non vlli à Salomone rex ſecundus.

Steph. Haxby Socius Div. Ioban.

SI fatalis & horrida & tremenda
Funeſta vlla dies, inauſpicata
Mœrorem, gemitumq;, lacrymaſq;
Et lugubria metra vendicavit
A Muſis, tua vendicat *Iacobe*,
O Rex, terq; quaterq; glorioſe;
At quæ carmina? quam invocabo Muſam?
Muſarum patre mortuo *Iacobo*?
Adhuc Cyrrha levat Iugum bicorne?
Et ſacris Helicon ſcatet fluentis?
An non in lacrymas perennis illa
Arentem hauſta reliquit vnda ripam?
Quòd ſi quid ſupereſt Apollo fundat
Et virtutibus aureis *Iacobi*,
Guttas enumeret liquentis vndæ,
Vnam vni exprimat, O quàm erunt inanes
Fontes, flumina, rivuli, ſcatebræ!
Quamvis nunc Helicon & Hippocrene,
Vel Ganges, rapidus vel Indus eſſent
Vel luſtrans Tropicos vtroſq; Nilus.
Non æquor Thetis inquieta, nec quæ
Fluctus cærula volvit Amphitrite
Tot guttas, mariumq; littorumq;
Immenſis ſpatijs tenere poſſunt,
Quot in pectore maximi *Iacobi*,
Virtutes modò floruere ſummæ.
Mens ſancta, & pia, Regium, & virile
Cor, Prudentia ſingularis, alti
Felix Iudicij Minerva, prompta vt
Flamma, aut fulgur ab æthere, expedita
Vis mira Ingenij, Eloquentiæq;
Torrens, conſilijq; Abyſſus ipſa,
Os manſuetum, animi acris, & vigentis,
Status Temperies, Torus pudicus,
Rara in Principe caſtitas ſtupenda:
Illum nullus amor feſellit arte,

Aut

Aut hamis mala nexuit libido
Sed tedæ memor ille nuptialis
Pulvinaris abhorruit ſceleſtam
Innuptus, viduuſq; virq; labem.
Illum ignavia nulla, nec doloſa
Fregit luxuries, nec vlla Circe
Blandis callida faſcinavit Herbis:
Nam ad Menſam quoties ſedebat, ipſe
Summis fercula parciùs, parata
Carpebat digitis, at audientes
Aſtanteſq; beabat affluenter
Divinâ dape vocis & loquelæ
Mellitæ magis Attico alveari.
Matura aulicus, & Senator altæ
Arcana Imperij audijt canentem,
Doctus priſca, Academicus profunda,
Dux heroica, bellicoſa miles,
Adſperſis ſalibus facetiarum:
Non tam dulce melos ſonabat ille
Qui ſylvas animabat, & revulſa
Clivis fragmina rupium trahebat:
Nec qui pectine regna Ditis atra, &
Infernas ſuperambulans tenebras
Amatam *Eurydicen* reduxit *Orpheus*:
At heu iam *Tua* cùm *Iacobe* lingua
Æternùm ſileat, loquar? tacebo,
Sed *Te* ſecula nulla conticebunt.

Rob. Creiton, Trin. Coll. Soc.

QVæ deſiderio detur menſura pudóive
Iam chari capitis? Lugubres incipe queſtas
Melpomene, ſacræq; modum neſcite Sorores.
Ergóne perpetuus *Iacobi* lumina ſomnus
Vrget, cui pietas, & mens ſibi conſcia Veri,
Incorrupta fides, virtutumq; agmina quondo

Aut vllum invenere parem, invenientvè ſecundum?
Illum maturo defunctum funere deſlent
Europæ populi, diviſæq; æquore gentes:
Amiſſum ingeminant Regem reſonantia ponti
Æquora, vicinas circumpulſantia ripas:
Oceanuſq; pater Nympharum, & vivida *Tethys*
Flebile neſcio quid liquidis ſonuêre ſub vndis.
At nobis multò dilectior, atq; ità multò
Triſtior, & multò feralior occidit vmbra.
Quæ fuit illa dies, quàm luce ſacratior omni,
Quæ te prima tulit Divæ poſt funera *Eliſæ*,
Inter & Anglorum plauſus, fremituſq; tuorum,
A regno fatis regna ad maiora ſecundis
Evectum, tripliciq; caput diademate cinctum?
Quis populi concurſus, & inſatiabilis ardor
Spectandi? Nequeunt oculoſq; animoſq; videndo
Explere, immenſis reſonat clamoribus æther.
Mirantur vultus placidos, frontemq; ſerenam,
Et geſtus faciles, maieſtatemq; verendam.
At ſubitos rerum lapſus! Vt ſqualleat vbiq;
Anglia! deformi fœdantur vt omnia luctu!
Dum reputant quis tantus honos, quę te inclyta virtus
Ditavit, tantumq; alios ſuper extulit omnes.
Dum reputant miramq; fidem, mentemq; ſagacem,
Egregias regnandi artes, & callida rerum
Conſilia, ingenijq; aciem, fontemq; perennem
Eloquij, vitijq; fugam, virtutis amorem,
Et pacis ſtudium, cui non devinctior alter
In terris animus fuit, & ſervantior æqui.
Quid cumulem laudes? Augent damnumq; doloremq;
Omnia, nec tantæ poſſum par eſſe querelæ.
Non aliàs licuit poſtremis cernere ſub lis
Plurima naturæ contraria legibus iſſe:
Mutataſq; vices æſtus & frigoris, æger
Æſtates, gravidumq; malignis æra nimbis.
Non aliàs magni indignantia lumina mundi,

Vento-

Ventorum rabiem, placidiq; incognita Veris
Fulgura, & ignoto fatalia murmura cœlo
Senſimus, & nunquam viſos impunè Cometas.
Quid memorem truncos partus, partuſq; biformes,
Naturæ errores, tremefactaq; turbine terræ
Viſcera, & inſolitos Thamiſini fluminis æſtus?
Vt liceat rerum longè obſervare tenorem
Inflexum, & fractas naturæ cernere vires!
Quid mortis diram ingluviem, variaſq; furentùm
Morborum ſpecies, & feſtinata potentùm
Funera? vix vt opus ſuperent inamabile *Parcæ*
Iam querulæ; laſſant rumpentes fila ſorores.
Quid Martis ſtrepitus, emotaq; cardine *Iani*
Oſtia, ferratoſq; obices: furor vndè ſolutis
Graſſatur vinc'lis, & magnum fulminat orbem?
Quid tot defectus, ſuperi delitia cœli,
Iam comperta, & vbiq; oculis iam pervia noſtris?
Scilicet (his ſi vera fides, qui lumine acuto
Difficiles aſtrorum obitus, cœliq; meatus
Luſtrârunt, arctiſq; ſuæ monumenta dederunt)
Mutavere vias, curſuſq; oblita prioris
Invenere novos nutantia ſydera calles.
Ipſe etiam *Phœbus* pater & felicis origo
Luminis, Arctoas gentes, ſeptemq; Triones
Deſerit, Auſtrales ſenſim delapſus ad oras.
Vt metuam ne fortè vltrà ſi pergere tendat,
Lugeat ereptam lucem, trepiduſq; fileſcat
Orbis, & æternæ damnentur ſecula nocti.
Nam neq; iam ſolis aut incipit ira, vel ipſis
Deſinit in terris, ſed & altum tangit Olympum
Iam gravior: tanquam vergentis machina mundi
Laſſa propinquaret morti, aut compage ſolutâ
Languerent axes, fragiliſq; ſeneſceret orbis.
Vltima nunc ætas agitur, peioraq; ferri
Temporibus, ſcelerumq; feracia ſecula, quorum
Plurima præteriere, & adhuc maiora ſuperſunt.

At tu vive diu, patriæq; haud degener artis
Sceptra capeſſe manu, Rex Auguſtiſſime: primus
Nomine *Caroli* ini ſeries, ſolioq; locati
Tuq; tuiq ævi certo ſine fine nepotes,
Permanſura date infractis reſponſa Britannis,
Dum pater Oceanus, dum cærulea Amphitrite
Brachia circundant noſtris ſinuantia terris.

AVguſti cineres ſacros *Iacobi*
Parvâ diſpoſitos vides in vrnâ:
Magnus in tumulum paratur orbis,
At minor tumulo periſſe quantum
Humani generis dolemus! Hoc ſi
Conarer reticere, diſſilirem.
Tu cùm legeris, obſtupeſce primò,
Mox verte in lacrymas: doloris idem
Senſus te glaciem facit, vel amnem,
Nam ſi hunc interitum nimis dolendum
Non fles, perpetuò fleas, *Viator.*

Hen. Stolle Coll. Regal. Soc.

O *Iacobe* ruentis hujus ævi
Aſſertor, decus imperi, *Britanne*
Et *Scotta* Cynoſura certa terræ,
Hybernis Helice micans carinis,
Et quem navita *Gallicus* ſequatur
Securus pelagiq; turbinumq;
Infeſtæq; Helenes abominandum
Quo temnat duce ſidus, & micantes
Capras rideat Æoliq; toris
Fuſas carceribus, feras quadrigas,
Salve Maxime, ſive tu ſilentûm
Inter ſomnia, pallidoſq; manes,
Henricumq;, tuamq; curioſis
Indagas oculis, & vſq; quæris

Amans

Annam delicias tuas, & vmbras
Infantes, teneraſq; parvulaſq;,
Et dulci tibi voce vagientes,
Quas ſub limine mors adorta vitæ,
Ad dirum rapuit ferox macellum:
Seu ſancto grege mixtus Angelorum,
Rimaris faciem Dei, fluiſq;
Totus lætitiâq; gaudioq;
Terras deſpiciens, ſepulcra rides,
Et quicquid tibi pangimus poëtæ
Traducens, lacrymabileſq; nugas.
Noſtrum perdimus (ô doloꝛ!) *Iacobum*,
Sed quid perdit & ille, quæritemus?
Regales habitus, coruſca gemmis,
Auro fulgida ſceptra, ſed ſupernas
Ædes obtinet, arduumq; Olympum,
Et cryſtallina tecta, cœlicumq;
Gemmatam domum, & aureos Penates.
Præpulchræ incola ſedis. Ergò quanta
Iacturæ mala non habet *Iacobus*?

Amiſſum celeberrimum Iacobum
flevit
Martinus Prenton Artium Magiſter.
Coll. Regal.

Eiuſdem aliud.

Poëta: QVid noſtri meruit Mors, ô quid vita *Iacobi*,
Vt cuderet veſtrâ tam cito rapta manu?
Mors: Quid meruit? Phœbe ille ſuis contagia terris
Vitabat, meruit nomen vel inde mori?

TErreſtris perijt? cœleſtem ſumat coronam,
O quantum lucri mortibus ille tuis!
Carole patriſſa, fregili redimito corona,
Sic cœleſte tibi mors pepererit diadema.

At tu vive diu, patriæq; haud degener artis
Sceptra capesse manu, Rex Augustissime: primus
Nomine *Caroli* ini series, solioq; locati
Tuq; tuiq ævi certo sine fine nepotes,
Permansura date infractis responsa Britannis,
Dum pater Oceanus, dum cærulea Amphitrite
Brachia circundant nostris sinuantia terris.

AVgusti cineres sacros *Iacobe*
Parvâ dispositos vides in urnâ:
Magnus in tumulum paratur orbis,
At minor tumulo periisse quantum
Humani generis dolemus! Hoc si
Conarer reticere, dissilirem.
Tu cùm legeris, obstupesce primò,
Mox verte in lacrymas: doloris idem
Sensus te glaciem facit, vel amnem,
Nam si hunc interitum nimis dolendum
Non fles, perpetuò fleas, *Viator*.

Hen. Stibbe Coll. Regal. Soc.

O *Iacobe* ruentis hujus ævi
Assertor, decus imperi, *Britanne*
Et *Scotta* Cynosura certa terræ,
Hybernis Helice micans carinis,
Et quem navita *Gallicus* sequatur
Securus pelagiq; turbinumq;
Infestæq; Helenes abominandum
Quo temnat duce fidus, & micantes
Capras rideat Æoliq; totis
Fusas carceribus, feras quadrigas.
Salve Maxime, sive tu silentûm
Inter somnia, pallidosq; manes,
Henricumq;, tuamq; curiosis
Indagas oculis, & vsq; quæris

Annam delicias tuas, & vmbras
Infantes, teneraſq; parvulaſq;,
Et dulci tibi voce vagientes,
Quas ſub limine mors adorta vitæ,
Ad dirum rapuit ferox macellum:
Seu ſancto grege mixtus Angelorum,
Rimaris faciem Dei, fluiſq;
Totus lætitiâq; gaudioq;
Terras deſpiciens, ſepulcra rides,
Et quicquid tibi pangimus poëtæ
Traducens, lacrymabiliſq; nugas.
Noſtrum perdimus (ô dolor!) *Iacobum*;
Sed quid perdit & ille, quæritemus?
Regales habitus, coruſca gemmis,
Auro fulgida ſceptra, ſed ſupernas
Ædes obtinet, arduumq; Olympum,
Et cryſtallina tecta, cœlumq;
Gemmatam domum, & aureos Penates.
Prætulchræ incola ſedis. Ergò quanta
Iacturæ mala non habet *Iacobus*?

Amiſſum celeberrimum Iacobum
flevit
Martinus Fremon Artium Magiſter.
Coll. Regal.

Eiuſdem aliud.

Poëta: QVid noſtri meruit Mors, ô quid vita *Iacobi*,
Vt caderet veſtrâ tam citò falce nouus?
Mors: Quid meruit? Phœbe ille ſuis contagia terræ
Vitabat, meruit nomen vel inde mori?

TErreſtris perijt? cœleſtem ſumet coronam,
O quantum lætitiæ ſanctis adiit illi!
Carole patriſſa, ſuggili redimita corona,
Sic cœleſte tibi mors pia dederat bene.

Ferg. Oſſor, Taſ. Spruſius

Spes melior Symbolum fuit Regum quod monetæ suæ imprimi iussit priusquam Angliæ regnum obtinuerat.

Peràsti meliora olim, dum *Eliza* superstes
Obstaret titulis, Rex *Iacobe*, tuis;
Nec *Spes* vana fuit. Subcrevit & altera, regni
Cœlestis, titulis *Spes* magis ampla novis:
Hanc quoq́; , dum multâ supplex prece numen adoras,
Ecce ratam facilis *Spem iubet esse Deus*.
Iam solium scandis Superùm iam sceptra Deorum
Moliris; Quam nunc *Spem melioris habes?*
Carolus vt tecum regnet? *Spes ista*, precamur,
Non sit certa minùs, sed properata minus.

Eiusdem alia

Quis tibi Naso negat veniam, cœleste fatenti
Ingenium tantis obstupuisse malis?
At tua tam nostro concedit cura dolori,
Quàm magis ingenij est vena benigna tui;
Me nec tam gelidus circum præcordia sanguis
Lædit, & Aonijs cura timenda Deis,
Quàm (Rex magne) tuam conanti expromere famam,
Materiâ, vires, exuperante, cadunt:
Da mihi Mæonidem, & tot circumspice laudes,
Ingenium meritis concidet omne tuis.

Rob. Austine Coll. Regal. Soc.

IAm [illegible] quos [illegible] obvia velis;
Obiectus rursus [illegible] aura [illegible]
Sarmaticas hyemes, [illegible] terrorq́; tremores,
Ruptis aggeribus flumina, castra, famem,
Tot pestes tantasq́; cruces si tessa subiret
Insula, [illegible]
At sors illa [illegible]
Verbere tam [illegible]
Cæsareum iubar occidit, [illegible]
Irruit in [illegible]

Nec

Nec mirum; regnandi artes, ſertiq; togæq;
Conſilia *Auguſto* Rege cadente cadunt.
Nullum *Iacobus*, quem ſectaretur, habebat;
Tantùm vnum, qui Se nunc imitetur, habet.

G. Cheſter Coll. Trin.

Triſtiſſimum nuperrimæ marinæ inundationis præſagium de morte Regis IACOBI.

NVm tumor inſolitus vernalis ab æquore fluxus;
Thamiſis exundans omine plenus erat?
Scilicet, Oceanum lacrymarum in vere futurum
Prædixêre furens pontus, & vnda ſimul:
Convertiſſe ſcias in flumina lumina fatum,
Hinc luctus fluctus exuperâſſe putes.

Θρηνῳδίαμβος.

Ἀγγλία κυμαίνετα πελαγιλαίοισι ῥεέθροις
Δακρυχύτα σὺν πόντῳ ἄχνη ἐπιβρίσασα ἁλμύλῃ·
Ὡς φάος ἠελίοιο, τὸν βασιλῆα ὀπωπὴ
Πίνυθι ἀπροπλάγατο, πρὶν ἐμοὶ τὸ χάσματα μαῆναι,
Ἠμερίοισα χάρις, πολλά τε οἱ ἴσατο τιμή·
Καὶ βασιλῆος βάσις ἐστὶν ἅλος, κῦμ, φαλάσσιος ἀχνή,
Ἠὲ χαρὰ λαῶν, Κεῖθόλοις, ἠὲ κέρα.

Thom. Wood Coll. Sid. Suſſ. Soc.

MArtius infeſtus nobis an gratior Ille
Menſis erat, ſatis Anglia diſce tuis.
Protulit hic nuper *Carolum*, dedit antè *Iacobum*,
Hunc tulit, atq; illum dat ſupereſſe diu.
Maior an hic luctus dicas, an gaudia nobis?
Vnum ſuſtulerit, ſed dedit ille Duos.

Iob. Whincop T. C. Soc.

Eſſe

FSse Deos credam memores fandi atq; nefandi?
Esse suos sanctis credam Pietatis honores?
Obijcitur nova res improvida pectora turbans:
Eripiunt Regem, Proceres, ignobile vulgus
Crudeles nimium nullo discrimine Parcæ.
Quid superùm ingratas donis oneravimus aras?
Quid frustra oratum Proceres ad numina cœli
Misimus, vt redimant moriturum morte *Iacobum*?
Si bene quid de te merui, quid pharmaca vires
Amisere suas non proficientia Regi?
Nil doctæ potuere manus? tacet ars tua Phœbe.
Si Dea Pax: tot contimus servata per annos,
Cur non Patrono succurrit numen amicum?
Credo equidem (neq; vana fides) si numine digna
Relligio, *Pietas*, *Probitas*, si deniq; virtus
Iustitia vna omnes in se complexa valeret;
Regnaret, quem nunc fato lugemus ademptum.
Quò feror imprudens? faciles ignoscite Divi;
Non vestra incuso malè sanus numina: Voces
Non priùs auditas nostri didicere dolores.
Fallor? an ereptum voluistis funere Regem,
Vt decus æternum factus Deus adderet astris?
Non fallor: Vidi cæcâ caligine noctis
His oculis auctum numerum stellantis Olympi:
Sistebat nova stella meos mirantis ocellos;
Quoq; magis vidi, magis & magis ipse videndo
Obstupui: subijt defuncti Regis imago:
(Nec vanum augurium) dubiam fiducia mentem
Non dubijs signis firmavit: pronus adoro
His precibus. Salve semper memprande Britannis
O *Iacobe* Deus, gemmati gloria cœli,
Adsis ô *Iacobe* favens, oriundo et olim
Consilio, auxilioq; tuos dignare Britannos.
Annuit oranti (nisi me mea lumina fallunt)
Et celata priùs subitò lux clarior arsit.

Bar. Barlow Coll. Reg. Soc. In

IN tantis patriæ, & totius luctibus orbis,
Quid faciam (Infelix) eloquar an ſileam?
Vox eſt nulla malis noſtris par. Ergò tacebo.
At Dolor incluſus ſtrangulat. Ergò loquar.
Rex pius, ille Pater patriæ, pius ille *Iacobus*
Mortuus: haud patitur dicere plura dolor.

Lætitiâ in tantâ patriæ, totius & orbis
Méne loqui potiùs ſive tacere iuvet?
Vox eſt nulla bonis noſtris par: Ergò tacebo:
Læta tacere nimis mens nequit: Ergò loquar.
Vivit Rex *Carolus* dignus genitore *Iacobo*:
Me non plura ſinit dicere lætitia.
Sic ſive ereptum Patrem Natúmve relictum
Cogito, præ nimio Muſa ſtupore ſilet.

ERgò in perpetuam clauduntur lumina noctem
Iacobi! lacrymæ fluminis inſtar eant.
Præcipe funeſtas quæ rumpant æthera voces
Melpomene, numeris vnica Muſa meis:
Quis deſiderio pudor aut modus? occidit vnus,
Gens at in hoc vno dépereunte perit.

QVid ſic indulges lacrymis, quid pectora plangis
Anglia? quid mœſtos mittis ad aſtra ſonos?
Amiſiſſe tuum credis te ſortè *Iacobum*,
Quem te defunctum deſeruiſſe putas:
Fallere: ſivit adhuc, vivit tuus ille *Iacobus*,
(Et vivat Pylij ſecula læta ſenis)
Tantùm annos poſuit, feſſam poſuitq; ſenectam:
In *Carolo* floret, cætera vivus adhuc.

Nathaniel Vincent Coll. Regal. Soc.

CArolus in terris, in cœlis ſacra *Iacobus*
Sceptra tenet: Regno dignus vterq; ſuo.

Guil. Dugard Sid. Coll.

Scotia munivit frontem, *Iacobe*, coronâ,
Cùm poſita in cunis ſceptra fuere tuis.
Inclyta fœcundam conceſſit *Dania* ſponſam,
Cùm luſit numeris prima juventa ſuis.
Dùm tibi contigerat ſolida & provectior ætas,
Galli, *Angli*, *Hiberni* dant diadema triplex.
Largitur celebris generum *Germania*, cuius
Deinde beat ſoboles te numeroſa ſenem.
Quò maiora daret totus contenderat orbis:
Aſpiciens litem terminat ipſe Deus:
Æthereas ſedes dum iuſſit inire *Iacobum*,
Nemo vel accepit, vel meliora dedit.

Si mea cum veſtris valuiſſent vota Britanni,
Et ſacra flexiſſent thura precesq; Deum:
Ad cœlum ſerus redijſſet & aſtra *Iacobus*,
Nec cinxiſſet adhuc Quinta Corona caput.
Parendum eſt ſuperis: veniam date, Numina, culpæ,
Si non inveniat noſtra querela modum:
O vtinam Auguſti ſuperaſſes Cæſaris annos!
Cui plus debuerant Pax, & amica Quies,
Ergóne ſulphureas vitaſti pulveris iras?
Ergóne Gouriacæ nil valuere manus?
Vt priùs ardenti præberes pabula febri,
Quàm duodena tibi luſtra peracta forent?
Quem tot præſtiterant & ſanta pericula tutum,
Spes erat Angligenis non potuiſſe mori.
At ſua dum meditatur Hymen connubia; pulſat
Ingrato ſolium mors inopina pede.
Sacra & firma ſimul dum ſanctis fœdera pacis,
Te vocat æternæ pacis Origo, Deus:
Scilicet illud opus, quod tu molimine tanto
Egiſti vivus, vel moriturus agis:
Illuxitq; ſuprema, Dies quæ ſacra Quieti:
Pacificum decuit tùm voluiſſe mori.

Ægyptus

Ægyptus fileat Ptolemæos, Perſia Cyros,
Cæſareum taceat Roma ſuperba decus:
Alphonſos reges vltrà ne iactet Iberus,
Nec Ludovicos Gallia pulchra ſuos:
Omnis in hôc vno concluſa eſt nomine virtus,
Qui benè curavit regna, *Iacobus* erit.

El. Duncon Aul. Pemb.

NOn ſemper rigidus frigore Iuppiter
Denſat terribilem cum nive grandinem:
Non ſemper quatiunt ſæua tonitrua
Mortales animas, nec vaga fulgura:
Nec ſemper tenebras agmina nubium
Denſarum glomerant, & rapiunt diem
Anglorum ex oculis: En nova lumina!
En cœlum liquidum! Triſtia *Carolus*
Exortus pepulit, reddidit & diem,
Quem ſol occiduus nuper abegerat.
Salve ô Semianimis Vita Britanniæ;
Salve ô Nobilium Deliciæ, & Decus;
Salve ô Præſidium, Curaq; civium;
Salve ô Lætitiæ Fons bone *Carole*.
Vota hæc ſunt patriæ: Dij bene (dicere
Non veſtrum facere eſt) dicite *Carolo*.

Carolus Denny. Coll. Regal. Soc.

VIdi ego mutatum ſubitò nigreſcere cœlum,
Illic & nubes, quæ modò ſplendor erat:
Sæpe & Hyperboreis vidi turgeſcere ventis,
Quod modò tranquillas præbuit æquor aquas:
Hæc eadem facies cœli, pelagiq; Britanni,
Cùm patriæ pater & rex moreretur, erat.

Aſpicis, vt reduces diſpellat nubila ſoles?
Vt Notus iratas lenior æquet aquas?
Carole talis eras: Te ſoſpite, terra Britanna
Sole & perpetuâ pace carere nequit.

Daniel Dent Coll. Regal. Soc.

FRuſtra (Muſa) atro calami ſudore laboras
Deplorare Caput, quod tria regna dolent;
Deſine Muſarum fruſtra conſumere fontem:
Non tibi, ſed mundo convenit iſte dolor.
Si Pelagi rector cecidit, Terrâq; *Iacobus*,
Sit Terra in tumulum, ſint Maria in lacrymas.
Haud æquum eſt Regem miſeros deflere poëtas:
Obſcuros decorant hæc monumenta viros;
Carmine fama (*Iacobe*) tua eſt vivacior omni,
Detrahet & titulis mœſta Elegeia tuis:
Si tua plorari patiaris funera, ſolus
Qui tua cantares funera, dignus eras.
Et Regem magnum, & magnum deflere poëtam
Carmine, nemo minor rege poëta poteſt.

Tho. Lucas Aul. Trin. Soc. Art. Mag.

TÉne igitur *Iacobe* pater, téne (optime Regum)
Mors habet, & gelidis captivum amplectitur vlnis?
Quod ſcelus, ô cineres, heu quæ tum ignavia noſtras
Corripuit mentes? quid dura Britannia ceſſas,
Nec properas charo Regi comes ire ſub vmbras?
Hoc de te meruit *Iacobi* nomen, & vmæ
Felices cineres, & quæ, dum incenta ſalutis
Communi invigilat, curis ſe vita parem mi?
Nos animæ viles, & pondus inutile terræ
Quò vitam cupimus? vel quid ſub luce moramur?
Quin Regem ad manes impos comitemur eantem:

Me

Ille quidem indignus cœlo, & vitalibus auris,
Cui non, *Iacobo*, mors sit superesse, sepulto.
Albion! ô quâ voce tuum, quo carmine casum
Flere satis possim? subitò tua gloria letho
Occidit, & regni splendor, ceu Sole remoto,
Nocte latet densâ, tenebrisq; obducitur atris.
Quippe decus, nomenq; & tantus gentis honorem
Rex secum *Iacobus* habet, & sepulchro.
Quem nunc exorem? vel quâ prece numina flectam,
Vt Regem miseris reddant, & fata retexant?
Dic quibus in terris allquem, nisi, Orphèa quæram,
Qui nigros Erebi lucos, Styga mandra paludem
Transeat, & reduces arcessat carmine manes.
Carolus Hispanis nuper remeavit ab oris,
Vultusq; optatos iterum vidêre Britanni:
Cur non & functos manes exire sepulchris
Posse putem, atq; iterum superas evadere ad oras,
Ipsaq; Lethæis abolens obliv ia lymphis?
O ego si possem vultus crescentibus annis
Demere, & effœto dempsos transcribere Regi!
(O pavitæ dolos atq; decus!) ubi fata dedissent
Maiores in luce moras, & longius ævum:
Verùm aliter Superis visum est, nostrasq; querelas
Aura tulit, surdoq; dedit ludibria vento.
Me miserum! quid agam? vel quæ solatia quæram
Quò possim tantos saltem lenire dolores?
Nunc optem celeri curru per inania ferri,
Quà sol Oceano caput abdit, ad ultima rerum,
Finesq; extremos: vbi nostra insula gentes
Nescias, atq; ipso penitus de nomine Regum
Omnia per terras æterna silentia servent.
O! quis me celeri delapsus ab æthere pennâ
Correptum, solis desertæ in vallibus Idæ
Sistat, & horrenti nemorum caligine cingat?
Illic nacta locum, nimio mens ægra dolore,
Impatiensq; sui, vesano frena furori

Solveret, & cupidos fletu fatiaret ocellos.
Illic ad sylvas, & tanti conscia luctus
Sydera, & indigenas, terrestria numina, Nymphas,
Per noctem insomnes ageremi sine fine querelas,
Incusansq; Deos & quicquid fata lacessem.
Indè per immensos exhausto corpore fletus,
Ilice sub densâ recubans, egi vive cupressu,
Optatà miseros finirem morte dolores.

G. Goade Coll. Regal. Soc.

VIXti pacificus, (*Iacobe*) in pace quiescis:
Pacem perturbas, pacificus moriens.
Turbati certant fratres; *Caledonius*, *Anglus*
Contenduntq; pijs laudibus, & lacrymis.
Turbatæ & geminæ *Gemmæ*; *Tamesij*, sorores
Decertant summis laudibus, & lacrymis.
Omnes (quæ pietas est vnum componere lites)
Carolus has patrio tollere more potest.
Turbatos sedans Fratres, placansq; Sorores,
Exhaurit lauden *Caroli*, & lacrymas.

Gabr. Owen, Gen. è Coll. Iesu.

IN duo diuisi qui iunxit regna Britannos,
Regnum indiuisum, vnus *Iacobus*, *Cæsar* habet;
Orbi iuncturus diuisos orbe Britannos:
Orbe hic diuisum nunc habet Imperium.
Insula iuncta priùs *Scotis in libertate* iunctus at Orbis,
Te moriente, suis insula fit labyrinthus.

Drugo Downe, Gen. è Coll. Iesu.

TRistia Sceptrigeri ploramus funera Regis:
Lætitiam & lacrymas mors dedit vna pijs:
Alterius suavem celebramus Principis ortum,
Spemq; metumq; simul protulit vnus amor:
Quid non speremus? Quid non timeamus amantes?
Per mala spes animos ad meliora levet.

Ed. Menyke Coll. Sid. Suss.

Hurrisen

Ἡμίθεον πάλαι ἔσχε πατὴρ Ἰακὼβ Πάλλαντος ἔχων
Παλλὰδ' ἀμετρήτης ἐκ Ἰάχου πάλλης.
Τὸν μὲν δ' ἀνίκητον Ἰακὼβ, ἀνίκητος Ἰάκωβος·
Τὸν μὲν δ' ἀέλλης ἔτρεφ', ἰαχῆς ἔτρεφε Ἰάκωβος.
Θῆκεν πάλλης Ἰακὼβ μὲν πάλλαντα θεμείλιον ἄστεος·
Παλλὰς δὲ Χριστὸς θῆκεν Ἰάκωβος ἔθνος.
Οὐραδὸν ἐμπνεύσει ἔχει Ἰακὼβ, ἔτι γ' Ἰάκωβος·
Εἷς Κύριος ἦν ἀμφοῖν, ἐν πίστει τε νίκῃ τε.

ANgulus immenſæ firmiſſimus Angliæ Terræ
Dicta ſub auſpicijs (*Dive Iacobe*) tuis,
Quàm properè in cineres te decedente recedit,
Dum pia ſe voveat Manibus illa pijs?
Ah! prohibe veſtris ne ſeſe immiſceat vmbris,
At vivat nato iam moribunda tuo.
Vivit adhuc, patriaq; animam quam debuit vnus,
Hæredi ſolvet (*Carole Magne*) Tibi.

QVid fruſtrà antiqui deſudavêre Sophiſtæ,
Ne ſua Pythagoræ ſtaret ſententia, néve
In diverſa animus ſeſe tranſcriberet vnus
Corpora? quid verbis credam cùm facta loquantur?
Quicquid in egregio ſteterit mirata *Iacobo*
Anglia, vel reliquus quicquid laudaverit orbis
Virtutum, aut ſiquid maius virtutibus, illud
In te traductum eſt, Tibi ſe (*Rex Carole*) Hervæus
Patris Apollineæ cum Palladis arbore Laurus.

VOlubilis Beatitudo, quàm cito
Recedit axe rapta, quàm ciso redit!
Nec vllus vſpiam Dolor manet diu,
Diu nec ipſe Riſus; hæc duo invicem
Repentè cedere, & locum ſolent dare.
Diem peroſa Nox recondit aureum,
Recludit indè Noctem amabilis Dies;

Suaſ-

Sueſq; ſortiuntur ambo eremitus.
Vicissitudinem hanc graxis Britannis
Tulit doloris obvoluta nubibus,
Cadente te (*Iacobe* lucidissime)
Tuoq; rursus excitata lumine
(Parentis aurei propago splendida.)
Tuæ refulgeas diu Britannix,
Tuiq; præbeas imaginem Patris
(Imago Regij Patris redi regere:)
Sequentibusq; perbees nepotibus
Britanniam cadente Regetenebris,
Britanniam regente, Te superstitem.

Nicolaus Haberi Coll. Regal. Socius.

Ad Tumulum Serenissimi Principis nostri IACOBI *Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis.*

Hospes *Anglus* — *Fides* *Britannia* — *Cantabrigiensis* *Oxoniensis* — *Academia*

colloquuntur.

Hosp. QVænam hæ matronæ, scissâ quæ veste sepulchrum
Circumstant, lacrymis fœda rigantq; suis?

Angl. Illa *Fides*, hæc terra *Britannia*, simulq; Sorores
Cantabrigiumq; vides, *Hospes*, & *Oxonium*.

Hosp. Quid lugent? an scire licet quæ causa doloris?

Angl. Et licet, & referet singula quæq; tibi.

Hosp. Dicite. *Omn.* IACOBVM cunctæ lugemus ademptũ,
Hic est, hic nostri causa doloris erit.

Hosp. At quid id est quod vos cunctæ lugetis in vno?
Nunquid pars omnes æqua doloris habet?

Fides. Ille mihi *Defensor* erat. *Acad.* Sed Tutor vtriq;
Nobis. *Brit.* Atq; idem Rex erat ille meus.

Fides. Magna mihi. *Ac.* Maior nobis. *Brit.* Mihi maxima causa
Istis præstabat singula, cuncta mihi.

At

Hoſp. At Soror vna aliâ tumulo quid mœſtior aſtat?
Cant. Me mage dilexit, lugeo & ipſa magis.
Hoſp. Ah miſeras! *Angl.* Miſeræ, at felices forſan eædem,
Si *Deus* aſpiciat quas modò rexit *Homo*.

COnatus mundum concordi pace ligare
Sæpe *Iacobus* erat, ſæpe repulſus erat.
Diſcordes ſuperi turbabant cuncta, ſed ille
Senſit, & iratus cœlica regna petit.
Dum pater æternos componit in æthere divos;
Tu pacem terris, *Carole*, conſtitues.

I. Staninough Reginal.

C*Arminaſi poſſent cœlo deducere regem,*
In magno populo quiſq; Poëta foret:
Sydera ſi vellent cœlo demittere regem,
Tentarem mœſtis ſydera lacrymulis.
Carmina, nec lacrymæ poſſunt revocare *Iacobum*:
Hinc lacrymæ nullæ, carmina pauca, ſatis.

Reg. Manners Gen. Col. D. Iohan.

OLim dona ſuis tribuit novus induperator;
At nobis donum, *Carolus* ipſe fuit.

Ar. Kemp. Aul. Clar.

CVm quateret Regem verno ſub ſydere febris,
Spes erat, vt non mors, ſed medicina foret.
Principibus rara eſt, ſenibus gravis ipſa ſenectus
Morbus; & hic morbus cui levis eſſe poteſt?
Arte fuit febris curanda, ſed vnica reſtat,
Si morbus ſenium ſit, medicina mori.

Rob. Gell Coll. Chr. Soc.

QVamprimum patrias effugit *Carolus* oras,
Confusus lacrymis angulus omnis erat:
Quis madidis, lugens, satis imbribus ora rigabit,
Effugiat patrios cum pater ipse Lares?
Telemacho salvo, nunquam visendus Vlysses,
(Hei mihi!) sit quamvis Numine plenus, abest!
Dij dent, ne, medijs dum sit Palinurus arenis
Anglorum, fluctus sentiat acta ratis!
Non satis in proceres fuerat sævire? petendum
Post tot Magnatum funera mœsta, caput?
At viduas laniata genas, laniata capillos,
Sic mihi visa quærens gens lacrymosa loqui.
Quò properas noster deponere lumen Apollo?
Dum gens tristitiæ nocte sepulta iacet.
Abstulit hinc placidos prius (heu) tua Cynthia vultus,
Quam docuit, quæriens ire, Cometa, viam.
At tibi nullus adhuc præfulsit ab axe Cometa,
Eliæ, maneas, dummodo Currus adest.
Elysijs te turba vocat sanctissima campis?
Dic ibi progeniem pignora certa tuam:
Pacis amans Martis, meni succumbere dices?
Atq; dabis victas, (Marte furente) manus?
Aspice languentes intactæ gentis ocellos:
Dum nimis ad cœlum tu properanter abis.
Respice sollicitam mentem surgentis Iüli;
Officium Regis qui lacrymosus aget.
Respice conclusos sub vtroq; parente Nepotes:
Dignus vterq; parens est meliore loco.
Respicias fidumq; patri, natoq; Patroclum,
Quem tibi mors comitem sola negare potest:
Quid facient Musæ si se subducat Apollo?
Si te; quid doctis lympha sacrata viris?
Quæ iam floreſcunt, tua si lux abſit, Athenæ
Vere tepente licèt, mortua corda gerent.
Quæ prius exorto creverunt lilia Phœbo,

Lan-

Langueſcunt, medium nube premente diem:
Quæq; domus fuerat Muſis (te Iudice) florens;
Languida continuò, & moriaris, erit.
Quid video? placidos vultu marceſcere flores?
Quamq; decet, formâ pallidiore genas?
Quis violas venis deceptis? lilia fronte?
Quis rubras albis ſuſtulit vngue roſas?
Summe Deûm! Mortis video certiſſima ſigna;
Quæ nigris omni parte triumphat equis.
Quò fugis ô præceps nox (te fugiente) ſequetur;
Angligenis redeas portas, & aura tuis:
Verba volant fruſtra; lacrymæ volvuntur inanes;
Extremos ictus mors violenta dedit.
At nunc in fletus fontes laxate Britanni:
Fundite ſollicitos (imbre cadente) ſonos.
Optatos depone dies queribunda triumphos:
Et repetat partes funeris ara ſuas.
Nocturnis vluſet triſtiſſima curia tædis,
Sintq; ſepulcrali lumina mota face.
Quæq; domus, gemitus, ferali cincta cupreſſo,
Fundat & in ſtructos triſtia verba rogos.
Extincto populus deflevit Cæſare Romam:
Quod fleat hic populus, Cæſare maius, habet.
Proluit inſano contorquens vortice ſylvas
Eridanus, fatum dum prope Cæſar erat.
Proluit inſolito vicinos gurgite campos,
Sub mortem Tamiſis (lumine *Iacobe*) tuam.
Cæſaris ad fatum, cinxerunt æra nimbi:
Et nubes, pluvias, ceu lacrymoſa dedit.
In terras multos demiſit Iuppiter imbres,
Te dempto, ſpeciem qui lacrymantis habent.
Abſcondit Phœbus, iugulato Cæſare, vultus:
Abſcondit Phœbus (te morietur) Caput.
Fulgura de cœlo Romæ ſunt viſa ſereno:
Mixta gravi tonitru fulgura viſa tuis:
Signa manent eadem plane morientibus, atqui

Cassius hic nullus, nec tibi Brutus erat:
Cui Pax obtulerat viventi mille coronas,
Qui poterat summâ Rex nisi pace mori?
Non prius Æneæ licitum fuit ire per umbras,
Quàm datus ex auri pondere Ramus erat.
Non opus auricomo tibi ramo: Ramus olivæ
Pacifico tribuet cœlica regna viro.
Martis amor pariat Romæ post bella triumphos:
Causa triumphandi sit tibi Pacis amor.
Iactet, quòd triplici caput auro Papa coronet,
Iactandi levior non tibi causa datur.
Cui tribuere Angli, Scoti, Gallique coronam,
Non illi cecidit iure corona triplex?
Eia agè, cœlesti curru (Pater alme) triumpha:
Sic tua per noctes stella coruscа micet.

ANglorum primus, (primo mortem Iacobe)
Carolus, (vt fas est) Regna paterna subit.
Vixisset frater, Nonus nunc esset; at illum,
Qui nonus, primo cedere, iure decet.

Cui magnum tribuit coniuncta Britannia Regnum,
Non tibi cognomen, Carole, Magnus erit?

Quæris cur imbres lacrymatum fudit Aprilis?
Sic decuit Maio surgat vt ista Rosa.

Hen. Lyncring Pemb.

Εἴπωμ' Ἀριστοτέλους Πάσχα τρία· ὧδε κιόντος·
Πρῶτον μὲν, τὸ χρῆσθ' ἐπὶ δὶ ἀσὶ τροφὸν ὄντα, μοναδὶν·
Τρίτον, ὁ χρόνος ἐοὖ πεπαμένον ἐλάβ' ὄνομα, ἔτος τε·
Ὀρθολάλως· Ἐλένης ἐπὶ ἐκ ἀνδρὸς ἐλεύθερον τὸν
Τὸν Καρόλου, Βρεττανογενέτου βασιλῆ· Τὰ δὲ τρία·
Ἔστι γὰρ τίκτω τύμβος ζωτικὸς ἀρίστου·
Ἐν τύπος (ἐν γαλῆς ἐν ἐκ ἐγείρατον ἐγαρὸν) ὄντα τε.

Ardgus

Ἄνδρες Κεντίλοφοι, τὸ γὰρ ἀληθὲς, ἀδύνατον διελαθεῖν
Παῖδες ἀπαδίλφιδου ὄφιος ἐστὲ καὶ ἔκγονα πικρὸν.
Τῦτο λέγω πᾶσιν ὑμῖν, χἠμῖν πᾶσιν τοῦτο λέγω.

Ἀναξίμανδρος ὁ Ὀνησιφόρου
ἐν τῇ Βασιλίου.

PROSOPOPOEIA

IACOBI Regis & CAROLI Filij.

Carole (namq; tibi superûm rex Iuppiter author
Imperij) cape sceptra manu; mihi cana senectus
Terminat imperium: te vitâ dignior ætas
Expectat regem: te sceptra capessere fas est:
Maxima cura tuis moriturî, nate, parentis:
Anchora sola meæ nondùm fessæ Eliæ:
Plebis amor, patriæq; decus, populorumq; voluptas
Dùm licet, ausculta; nunquam fortassè licebit
Amplius, alternis nobis sermonibus uti.
Dixerat; & frustra conantem dicere plura
Carolus impatiens lacrymis affatibus obortis.
Chare Pater, miserere mei, miserere sororis:
Hæc vitam in tenebris duxit comes exulis exul,
Ex quo Rhenani sudârunt sanguine campi:
Hinc mihi continui luctus, lacrymæq; perennes
Fluminis instar eunt: sed & hæc moribunda revixit
Sæpe anima infandos te consolante dolores:
Pallade sic fusâ vidi se prodere flammam,
Quæ modò delituit cinerum velamine amicta:
Si sedet hoc animo vitam expirare (quod absit!)
Quod mihi solamen, mihi quæ medicina doloris,
Pars nostri melior, te decedente relicta?
Parce, precor, lacrymis lacrymis superaddere nostris,
Funera funeribus: nam & te fata deorum,
Et me fata vocant; tibi nec comes ire recuso.

Tum Pater: Implevit mea sors quos debuit annos:
Tu regere imperio populos Me discе Magistro.
Carolus exclamat: Non, si mihi Iuppiter author
Spondeat imperium duplex terrarq; marisq;
Solabor luctum erepti regisq; patrisq;
Non potes avelli charissime: Talia fatum
Alloquitur senior: Me, me desiderat æther;
Terra relinquenda est; cedit tibi terra regenda:
Parce tuos lacrymis corrumpere, *Carole*, vultus:
Carole (crede mihi) non hæc sine numine divûm
Eveniunt: cape sceptra; comas Diademate cinge:
Dij, quibus hoc stetit imperium, stabitq;, vocati,
Nate, tuis aderunt præsentia numina cœptis:
Tu modò perge deûm cumulare altaria donis;
Insignes pietate viros, meritisq; probatos,
Hos comites lateri adiunctos cape in omnia tecum;
Nominibus, titulisq; novis, & honoribus auge:
Iustitiâ infidos, vinclis & carcere fræna:
Hæ tibi erunt artes, has tu servare memento:
Accipe supremo tibi quod pater imperat ore:
Coniugis infelix comes infelicis Eliza
Exulat: insequitur miseros crudelis Iberus:
Quòd Te per caput hoc, per quas nunc vltimus auras
Vitales carpo, per conscia numina iusti
Nate *Palatinorum*, oro, miserere laborum,
Et generi misereſce mei, miserescе sororis,
Natorumq; sorore tuâ miserescе nepotum.
Finivit monitus, dixitq; novissima verba:
Nunc me fata vocant, nunc longùm, nate, valeto.
Dixerat: & dicto citiùs calor ossa reliquit:
Tunc exaudiri gemitus, planctusq; frequentûm;
Omnia turbari luctumq; metumq; minari.
Carolus in primis, postquàm pallentia vidit
Ora patris, latgo rorabat lumine vultum.
Tristis, & attonitus; terrarq; similimus albæ
In terram cecidit pronus: divellitur indè

Vix

Vix manibus centum, famulorum aſtante corona:
Talis in *Anchiſa* lugebat funere natus:
Talis plorabat *Niobe*, ſua funera, natos.
Poſtquam ad ſe redijt (quæ funera verba miniſtrant)
Protinus exclamat: Si vos mortalia tangunt,
Me ſuperi comitem defuncto reddite patri:
Cur ego tot caſus, cur tot diſcrimina tutus
Auxilio vectus veſtro per inhoſpita regna,
Carolus effugi, ignarus morumq; hominumq;?
Cur tot tranſegi terrarq; mariſq; labores?
In patriam reducem cur me voluiſtis amici?
Hoc erat? vt videam dilecti funera Patris?
Me miſerum! quem dant finem mihi fata dolorum?
Heu! vbi nunc Regina parens, genitorq; *Iacobus*,
Frater & *Henricus*? quantum mutatus ab illo,
Qui, *Fredericus*, erat? quantum mutata Sororis
Conditio? quantæ lacrymæ, luctusq; nepotum?
Deniq; quid miſero reſtat mihi funera præter?
Figite me Parcæ, (iamdudum abrumpere vitam
Exopto; tædet cœlum lucemq; tueri
Inviſum ſuperis) hoc tantum: figite Parcæ:
Hic *Iacobiada* curarum terminus eſto.
Hæc inter proceres: Satis eſt regiq; patriq;
Funeribuſq; datum: reſtant meliora deorum
Fata tibi, ſimiliſq; deæ pulcherrima coniux,
Quæ pulchrâ faciat lætum te prole parentem:
Ex illâ debes patri, fratriq; nepotes:
Henricum fratri debes, patriq; *Iacobum*,
Debes & patriæ qui Te, Te, (*Carole*) reddat
Nomine, & imperium per longum proroget ævum:
Apta tuis manibus reſtant regalia ſceptra:
Reſtat ad hæc Diadema, decus te (*Carole*) dignum;
Quiq; tuam propriâ mercentur cæde ſalutem
Angliq; & Scotti, genus intractabile bello:
Mille ſuper tibi ſunt titulî, tibi gaudia mille;
Tuq; deus ſuper vnus eris charissimus Anglis:

Carolo

Carole redde orienſ lucem, quam miſer ademit
Rexq́; paterq́; tuus moriens, ſi dicere fas eſt:
Carole redde diem patriæq́; tuiſq; Britannis:
Speramus reducem ſolem: quid noſtra moraris
Gaudia, lætitiamq́; diemq́; tuamq́; coronam?
Ex illo procerum alloquijs & munere divûm
Tranquillam accepit mentem, vultumq́; ſerenum:
Ex illo ſenſim ſolvebat pectore curas,
Ex illo nubes animi, nebulaſq́; removit:
Sic nova lux oritur Phœbo pellente tenebras:
Nota priùs redijt facies: nam pallor ab ore
Fugerat, inq́; locum ſubijt candorq́; ruborq́;:
Qualem ſanguineas inter candentia vidi
Lilia ſæpe roſas miſtum pinxiſſe colorem:
Iamq; dies aderat ſiquis lætiſſimus, alter
Lætior: ô redeat, multis volventibus annis,
Gaudia, quanta homini poſſunt contingere, ſecum
Dona ferens, Regemq́; beet populumq́; ſalute!
Ecce novum ſolio decus additur, ora manuſq́;
Caroli effigies divûm; videorq́; videre,
(Non videor) video gemmis ſtellantibus ipſum
Rectorem ſuperûm redimitum tempora: lætus
Agnoſco inſolitam faciem, mentemq́; tuendo
Expleri nequeo: cœlum mihi diſplicet ipſum,
Terra Britanna placet Te, *Carole*, ſceptra tenente.
Solvite corda metu, lacrymarum claudite rivos,
Et revocate animos, proceres, populiq́; Britanni:
Exulet hinc luctus, neq; enim lacrymabile quicquam:
Tempora mutantur: fatorum naſcitur ordo
Nunc melior: cum rege novo nova gaudia ſurgunt:
Dum loquor aſpicio, qualem decet eſſe ſororum,
Anglia lætam tuam faciem, faciemq́; ſororis.
Tympana læta ſonent, tuba buccina læta triumphet,
Quicquid & inventum eſt aliud lætantibus vſum.
Quis deus hæc nobis tam præſens gaudia fecit?
Carolus: ô qui Te talem genuere parentes

Lætitiæ

Lætitiæ authorem? certè Deus, & Dea mater:
Nate Deis, geniture Deos, cœtumq; Deorum
Olim auctura ſenex æternùm *Carole* vive.

Radulphus Winterton Coll. Regal. Socius.

LVx erat *ix eurias* hoc ipſo condita Menſe,
Et lux è Scotiâ nobis hoc menſe refulſit
Iacobus. Mundum quo menſe fiuſſe creatum
Fertur, & à toto diviſa Britannia mundo
Hoc recreata fuit: ſed & iſto perdita menſe
Cenſeri poſſunt & mundus & Angſia, quorum
Atlas ſuccubuit. Sed *Carolus*, Herculis inſtar,
Fulciet hunc orbem, & diviſos orbe Britannos.

Paulus Micklethwait S.S. Theol. Bac. Stud. Coll. Soc.

Querela de Mediciis.

TOllere nodoſam neſcit *medicina podagram*:
Tollere ſed *febrem* non ità difficile.
Quid, quòd *verna febris* vel *pharmacon* ipſa vocatur?
Nec *medicina* tamen ferre valebat opem?
Febre laboranti Regi ſuccurrere nemo,
Qui potuit, Phœbi de grege nemo fuit?
Tum demum *Magni* quando eſt moritura *Iacobi*
Gloria, & hoc *Medicum* dedecus intereat.

Ad Academiam Cantabrigienſem de Scholarum Noviq; Sacelli, in teſtimonium graviſſimi luctus, pullatis parietibus.

ET meritò *atratas*, Mater moeſtiſſima, veſtes
Induis, & meritò fletibus ora rigas:
Pullatiſq; Domus pannis induta *Regentum*
Se dedit in luctus officioſa tuos.

Triſtitiamq; ſuam vultu teſtata *Scholarum*
Se dedit in luctus *Area* mœſta tuos.
Damna tua erepti ſatis ad deflenda *Iacobi*
Eſſe poteſt mœſtum funereumq; nihil.
Non, ſi pro lacrymis, noſtris præberet ocellis
Prodigus exhauſto flumine *Camus* aquas.

In effigiem demortui Regis panno lugubri in Novo Sacello velatam.

PVllata effigies quare ſit *Regia*, quæris?
Defunctum *exemplar* luget *Imago* ſuum.

Acad. Cantab. ad Templum Beati Petri Weſtmonaſterienſe, de monumento extruendo.

ÆDes ſacra Petri, tumulis celeberrima Regum,
Lumina queis ſomnus clauſa profundus habet,
Corporeas pia relliquias tibi ſume *Iacobi*,
Compoſitaſq; tuo fida recōde ſinu.
Et *Mauſoleum* ſculptor carmenq; poëta
Artis vterq; ſuæ nobile fingat opus.
Hic *Regale* ſibi *monumentum* condidit ipſe,
Aſſer vanda mihi cùm *ſua ſcripta* dedit;
Scripta legenda meis poſt *ſacra volumina* natis,
Scripta, niſi extremo non moritura die.

Εἰς τὸν πυρίλον, ἐξ οὗ ἀπέθανεν ὁ Βασιλεὺς Ἰάκωβος.

Καὶ σὺ νέκυον χαρίεν ἀνάκλαυτον ἄνθος ἀπύλλας
Ἄξιον ἐν δυτοῖς πάμβασιλείοις ἔχειν;
Οὐ μίλτε σοι θεῖον γένος; ἢ κράτος ἐυρυμέδοντος;
Οὐκ ἄφλ; ὡς ἀνδρὸς ἔνδοθεν; οὐκ ὀρίνει;
Ἀρχικαὶ ἢ τέχναι: βασιλικαὶ οἰκονικαὶ, δικαίου,
Εὐσέβειαι, ἢ γαῖαις τοιαῦτα, οὐκ ἄκια;
Ἐξιλῶ σοι ἰλάσκου τὰ ἀχρεῖα παθήματα καῦ,
Ἄχθια γῆς· φθιμένους δὲν τάδε ἔστις ἔχει.
Νῦν δ' ἔτι σκυδνοῦχον, πρόλιτες νέοι, λείραιον ὕπνον
Πεφρίμεν, ἐυξαίμων καὶ σε λιλαίεται ἅμα

Πάγχυ

Πάγχυ τε χ' ἱς ἀοὶ δὲ ἰκάνει φαεμακοπόλος
Οὐκέτι ἐπ' ἠῶθεν ὅσον κίδνᾳ ἔχειν.

Ἐπιτάφιον.

Φεῦ τῆς ἀτασίας ὑπνος. Ἰάκωβον ἐφῆμαρ
Τὸν μέγαν ὀ μικρῷ κείμενον ἐν σποδιῇ.

Rich. Dugard S. S. Theol. Bac.
Sid. Col. Soc.

ECLOGA.

Iolas. Corydon.

Iol. CVr ità miranti ſimilem, ſurſumq; tuentem,
Cur adeò triſtem video *Corydona*, nec vllas,
Vt ſolet, augendi curas adhibere peculi?
Numquid & huc noſtri citiùs me fama doloris
Venit; &, vt celer eſt, celerem prævertit *Iolam*?
Certè alius, lacrymis dum nos tardamur obortis,
Detulit huc Regis paſtorum fata perempti.
Quin ſimulo pauliſper; & humida pollice ſiccans
Lumina compello? *Corydon*? quid triſtis Olympum
Sic oculis metiris tuis? an luna quid iſtoc
Diſſiterit meditare loco? vix hoc dabit ipſe
(Neſcio quis) totum radio qui cenſuit orbem.
Tu modò paſce greges; & ſit tibi fiſtula curæ.

Cor. Parcè graves nimiùm paſtori figere leges
Paſtor; vt arcentem vario pecus omne latratu
Protegat interdum, domino ceſſante, Lyciſca:
Expulit hinc Dictynna lupos; nec (ſiqua tenemus
Prædonum à ſpolijs aliena in iura ruentûm)
Noſtra peregrinos metuunt armenta leones:
Cernimus in tuto pecudes errare per altum
Gogmagog, & Lycidæ modò cantabamus amores:
Donec fortè canis leporem mea nacta (vidéſne?)
Præteritæ meminiſſe dedit mihi ſomnia noctis.

Iol. O pinguem (*Corydon*) leporem! ſed ſomnia narres.

Cor. Parturiunt hyemem venti, libramq; ſecutus
Æquales quamvis noctes facit eſſe diebus,
Longiùs hinc meditatur equos deflectere Phœbus:
Frigora ne gelidæ noceant tibi proxima terræ,
Pallia ſubſternas, vt quæ narramus *(Iola)*
Cuncta ſedens animo (non ſunt ea vana) reponas.

Iol. Dic age, quandoquidem leni ſub ſole iacemus,
Dum ſiccâ tellure licet, dum nubila pendent,
Tergaq; ſurgenti defendit collis ab Auſtro.

Cor. Summo mane fuit, ſub opaca crepuſcula ſomnum
Heſternus captare labor mihi lumina ſuaſit.
Solverat *Arcas* oves, & me ſecura tenebat
Poſt confuſa quies malè coctæ ſomnia cœnæ,
Tempore quo placidis, veroſq; imitantibus actus,
Spiritibus gaudere ſolet mortale cerebrum.
Tunc ego non (vt erat) videor ſub culmine ſomnum
Carpere; ſed vigil inter oves regnare, meamq;
Carminibus recreare novis, & arundine, mentem,
Et pulchrum *Lycidam* patri componere *Scoto:*
Cum ſubitò attentas incertus clamor ad aures
Pervenit exoriens; vlulatibus vndiq; miſtis
Et ramus, & gemitu vicinia tota remugit.
Obſtupui; riguêre comæ, timidoq; pavore
Brachia ſuccutiens calamos ſtridere coëgi,
Vt mihi ſum viſus, cùm me ſopor vſq; teneret.
Poſtquam parva meos mora confirmaverat artus;
Et video nullum gregibus ſupereſſe periculum;
Summa pedo nixus montis iuga lumine luſtro,
Aut videor luſtrare: venit (miranda canemus)
Ecce Diana venit, nemorum Dea, colle ſecundo,
Funereos imitata choros; hanc quattuor ante
Hippolytus, Cephalus, Perſeus, & pulcher *Adonis*,
Atra manus iuvenum, pheretrum lugubre ferebant,
Impoſitumq; ſuper ſpoliatum luce leonem:
Ipſe caput vidi, nec quid meditarer habebam.
Quid tibi vis? lacrymatis, vt hæc tibi ſomnia narro?

Falle-

Iol. Falleris; ast oculos ventus lippire coegit:
Tu modo perge feri nobis producere funus;
Remq; Sophocleo tragicam depinge cothurno.
Cor. Pone nigris iuvenes *Latoïa* vestibus ibat,
Crine soluta, caput pullâ velata Cupresso.
Stant humeris versæ Pharetræ; sceptrumq; verendum
Dextra tenet, nervoq; arcum fert læva remisso.
Proximus insequitur *Lycidas*, diademate cinctus
(Hâc etenim iuvenem solatur imagine Diva)
Tristior at reliquis; at non formosior illo
Vllus erat tristi: tu collige qualis (*Iola*)
Eius in ore decor quem sic dolor ipse decebat:
Mille dein iuvenes glomerantur, & ordine bini
Mille faces, manibus malè congrua tela, ferentes;
Non procul apparet, quam nulla ceciderat ætas,
Stipitibus fruticans, & multo robore sylva:
Huc vbi delati iuvenes, posuêre pharetram
Admonitu Triviæ: tum sumptâ quisq; securi
Ingentem, dignamq; suis incidere messem
Falcibus accelerant; structisq; ad funera lignis
Pelle suâ vacuum super astruxêre leonem,
Inq; pyram iecêre faces; ferit æthera fumus
Præ quo non potui quæ sint post acta videre:
Sed tamen (humanas sic hausunt somnia mentes)
Post modo summa deæ, longè q; hinc dissita, nullo
Templa labore viæ videor penetrare, dehinc
Flammiferumq: chorum lugubri amictu vinctes;
Tresq; videre hirtâ positas cum pelle cohortes;
Hæc mihi miranti cristatus somnia rumpit
Nuncius auroræ, quo non solertior alter
Ore ciere viros, famulasq; ad pensa vocare.
Iol. Pandite iam fontes oculis, sua ipsa bibe rumpe
Corda suas lacrymas: & molla pectora pectas
Dissimulata quies: Iam vera somnia finxit
Pondus habere scio; nec te phantasma fefellit.
Ecce tuus (*Corydon*) Leo, quem sic Dea luget,

Scotus erat magnus, rapuit quem perfida Clotho.
Hunc diadema triplex, cum sceptro & pelle leonis,
Hunc tibi templa Deûm, rogus & lugubre pheretrum
Ostendunt; hunc tu mecum modulare peremptum.
Amb. Ducite *Pierides*, æternum ducite funus:
Scotus & occiduis, & notus Scotus Eois,
Et sub vtroq; polo, nunc arctâ clauditur vrnâ:
Occidit ille hominum Divûmq; expressa voluptas,
Occidit; ast huius magnum & memorabile nomen
Luminibus vestris Lethes vmbracula vincet.

Eiusdem Hendecasyllaba.

MVsæ filiolæ Tonantis vltrò
Descendêre simul iugo bicorni,
Omnes vnanimi choro canentes
Quicquid laude homines dedêre dignum:
Fundunt & sua quæq; separatim
Blandis carmina cópulata nervis,
Hunc Diva Vranie canebat, illum
Tristis Melpome; hunc Thalia supra
Communes hominum ordines ferebat,
Illum Calliope; hic per ora Clius,
Hic per Terpsichores adibat astra;
Multosq; audio voce consecratos
Euterpes, Eratus Deæq; nostræ,
Quæ multum memorans canénsve dicta est;
Hoc sed carmine tecta stare nescit,
Alterna vice quæq; cantilenas
Diuino modulantur ore lætas;
Nigrum donec inaudiere fatum,
Fatum sceptrigeri nigrum *Iacobi*.
Tum quæstæ hoc pariter, Sed ô quas illas
In mentem reverear meam querelas!
An non sic Erato, Quid, ô quid inquit
In Musas adeo proterva furis
Mœra? heu Regni, Academiæq; fulcrum

Invito rapis hinc iniqua Phœbo
Quòd doctus fuit hic quòd & disertus;
Nec non Rex sapiens, benignus æquus,
His mors nominibus dedisset olim
Vitæ ducere longiora fila:
Quid quòd Pacificus, piusq; & almæ
Defensor fidei, vel absq; bello?
Agnosco invidiam dolosa Mœra:
Ne regnum minuat coli rapacis;
Dum corpusq; animamq; vis perire,
Hoc in vis alios ferire mille.
Ergò quid loquar? aut quid haud loquar? vos,
O vos terribiles, nigræ, feroces,
Tristes, insatiabilesq; Parcæ,
Nulli parcere quæ soletis; Huius
Dulcem è corpore sanguinem hauriatis;
Clarum at nomen ego canam per orbe
Humani generis forum; Iovisq;
Æternam in gremio locabo mentem.

Guil. de Insulâ, Coll. Regalis.

DEbuerat Scotiæ Regem, dedit Anglia Cœlo;
Sic (dices) nomen liberat illa suum?
E patriâ accipiens alias transmittit ad oras,
Et se depositum restituisse putat?
Quisquis es, iniustæ noli indulgere querelæ,
Nec patriæ nimius pectora turbet amor:
Qui dedit eripuit cœlestis creditor idem;
Affirmans, Scotiæ, ius prius esse suum.

Iterræ ac Cœli discordia iusta *Iacobe*,
Felix, quòd victam se fateatur hæmus.

CAROLE; virtutum quàm Sceperi iustior hæres
(Atq; hæres sceptri non dubitande) patris.

Si

Si tua permittat pietas poſt fata *Iacobi*,
Parturit Aonidum carmina læta chorus.
Vix dum ficcatis *involans* cantat ocellis;
Arripiuntq́; ſuas gaudia noſtra vices.
Quàm felix hæc eſt, quàm grata iniuria! vtrinq;
Diſtrahitis Muſas tuq́; Parcelq́; tuis.

T. Vincent. Coll. Trin.

FAllimur? anne ideo Martis ſub menſe *Iacobus*
Occubuit, pacis quòd pius author erat?
(Scilicet iratus belli Deus, vltima Regem
Limina trans menſis noluit ire ſui)
An quia ſuccedens Princeps in margine menſis,
Qualis erit poſthac, omina læta daret?
Suſpicor, accipioq́; omen, nam menſe decebat
Tali magnanimum regna ſubire Ducem.
Carole Magne (licet ſic te appellare) ſecundis
Vt cœpiſti avibus, ſic bene ſemper eas.

Sam. Weale Coll. Regal. Soc.

DVm ſponſam nato meditaris (maxime Regum)
Factus es (hem mirum!) vir quoq́; Sponſa Dei.
O dignos Chriſto Thalamos, dignoſq́; Hymenæos,
Quos ſuperi reſonent, Angeliciq́; chori!
Quos vel Terra canat: niſi quòd detenta dolore
Se viduam tanto defleat illa viro.
Delicijs, animâ, Gentio (quid plura?) *Iacobo*
(Quo vivo haud ſummis cederet ima locis)
Defuncto fureret damnis perterrita, ſi non
Speraret Thalamos (*Carole* Magne) tuos.
En par coniugium totus quo gaudeat orbis;
Nec ſummo invideas zthula Terra polo:
Nam ſi alios Thalamos celebraret terra Britanna,
En aliud cœlum terra Britanna foret.

Ia. Pod. Sac. Theol. Bac. Emman. Coll. Soc.

Recu.

In Senatus-Consultum Acad. Cantab. de anniversariâ Memoriâ Sereniss. Reg. IACOBI.

FOrtè secus virides spatiabar arundine ripas
Ista canens undis, *Cantabri* ora, tuis;
En redivivo iterum lætantur cuncta *Iacobo*,
Nullus & in *Nato* non putat esse *Patrem*.
Vulneris ecce tui video coëuntia labra,
Macte animo, & lacrymis parce, *Camena*, tuis.
Vix etenim mansit *Carolo* medicante cicatrix,
Singula nec filo deteriore fluunt.
Audijt iratus, nec *Granta* coërcuit iram,
Et luteum medio protulit amne caput;
Siccine (ait) nostro insultas *Malesane* dolori?
Et careat merito Regis honore cinis?
Nec liceat raptum *Patriæ* meminisse *Parentem*?
Sitó; nefas proprijs ingemuisse malis?
Ergò *Vrbes Regem*, defensaq; *sacra Patronum*,
Musa Patrem nullo flebitis officio?
Tuq; priùs *Magno* nequicquam exculta *Iacobo*
Heu fueris, latici *Proxuma Musa* meo,
Tenisi compellans per secula *Regis* amici
Suscitet ad mœstos tristis imago sonos.
Siccine *Municipes* siccato lumine *Musæ*
Crediderim ad ripas posse sedere meas?
Comprecor antè meo pereant in gurgite *pisces*,
Limosasq; traham decolor amnis aquas.
Quin mea *Munifico* heu quondam charissima *Regi*
Semper agat *grates* sedula *Musa* novas.
Tum quoties *Phœbus* duodena peregerit astra,
Stet rursus madidis mœsta *Camena* genis.
Sicq; dolens pullâ *Musarum* in veste *sacerdos*
Indicat pubi tristia *Festa* suæ:
Festa (fidem) sine fine dabo, *Pietasq;* perennis
Scribetur *Fastis* non peritura meis:
Scilicet vt fiant, fiant dum iusta Iacobo,
Grata simul Carolo, charta precanda Deo.

Dixerat, & subitò noto se gurgite condens,
Spumanti tremulas vortice torsit aquas.
G. Bosw. *C. Iesu. Sen. Procur. Acad.*

SI mea cur toto quæris rarissima libro
Carmina, cui pauper non ità vena fuit:
In fœcto aut sterili pronus labor, ardua veros
Res versu in luctùs ire, nec experior.

Recusatio. O quàm frigida res mihi videtur
Noſtris funeribus (*tuis* IACOBE
Absit dicere cœlitis, per omne
Seculumq; superstitis) querendis
Versus, & toga pulla, lacrymæq; !
Nugas tollite quim ineptiasq; ,
Iam *Moloch* placet, & *Baal*, sodales,
Non hîc flebilibus opus Camœnis,
Zibynis potiùs sed, aut eaminis.

ἐγκαυμάσιον. ANtè CAROLI quàm piè parentem
Et tuo & patriæ infimus parenti
Te solo æquiparabili IACOBO,
(Res non exigua profecto cura
Ac vix Oceano eaequanda luctùs
Iusta solvere tam pio parenti)
Cogor, ne Tibi vel Tuis triumphis
Minùs forsitan auspicatus assim
Et nimbo gravis, & situ capillûm,
Purgare, & veniam pudens pacisci.
Cur autem *venias* ? Profectò *Princeps*,
REX iam tergeminâ niteus coronâ
Illustrissime splendidissimeq; ,
Nemo plus faveat Tuis triumphis
Secundóque tibi precetur annos,
Et quâ tergeminâ nites coronâ,
Quàm qui flebile plurimùm parentem
Et nimbo gravis, & situ capillûm,

Et

Et tuo & patriæ ac ſuo parenti,
Te ſolo æquiparabili, IACOBO.

Alia.

NEc ſatis eſt, iterum ſupplex tibi, CAROLE, volvor,
CAROLE REX, iram defugioq́; tuam:
Si nimius videar lacrymandi in funere *Patris*,
Illacrymo damnis, CAROLE, nempe tuis.
Iſta tua eſt clades, nobis de Principe ſpectum eſt,
Sed tibi ſubtracto cum Patre crevit onus.

Flevit ſuſcitandum. Ambros.

Δύσμορος de Febri.

AVt ego te nondum credo periiſſe, IACOBE,
Virtute tantâ divitem;
(Nam quis io ſuperi ſuperis cognatior ipſis?)
Tantarum & artium & partium:
Aut non hepialo (parcat Thymbræa propago)
Contra Leonem hæc ſubula eſt:
Omnibus à morbis vt iam ſe inclamet Alecto
Ruina vix talis venit.

Elyſiorum Progreſſorem.

TV quoq; prædixti noſtros, Thameſine, dolores,
Egreſſus, vt fama, alveo, eſt.
Anne doces quantus lacrymarum naſcitur imber
Nobis, adacto vulnere,
Cum tibi præviſum tantùm pariterq́; alienum
Commôrit hos fluctus malum?

Tempus Mortis.

CVr adeò IACOBE brevi diſcrimine, quærunt,
Induériſq́; Angliam, exueriſq́; animam?
(Vix tridui diſtabat iter) myſteria certè
Inſunt eventis & ſua temporibus:
An fortè vt doceas, non tantum lubrica regum
Sceptra ſatis fragili conditione geri,
Sed, bene quod monet alma Fides, ſi tempora rectè
Hæc tua fluxa locet, non peritura dari?

Ad ſidera.

SVdatum eſt abavo ſubeunte ad ſceptra, IACOBE,
Iſta tuo, quaquà pandatur imperium:

Ad ſanguinis.

NVnc quoq; ſudetur, ſed ſanguine (funera tanti
Sunt tua) ſed *gramis*, non *diuboreticè*.

Hic situs est, qui, dum tegeret Pacemq; Fidemq;,
Nil non pericli provocat,
Et iugulum cultris, & diræ colla securi
Siciſq; præbens pectora:
Rex sanctus Terra, sanctum Fidei. Pace tamen moritur Pacis Defensor & Author,
Fideiq;, proh plenus fide:
Evasit cultros: heo te? sors publica restat,
Amisse cui talem ducem
Dirius & cultris, & ſicis, atq; securi
(Me cerne) quavis dirius.

Iacob (nomen & Pindaro usurpatum) extinctus vere.

E Violis natum nomen cur vere repentè
Pereat amice quæritas?
Non perit, ac potiùs roſeo ſucciditur vngui;
Perire ſin terris damus,
Sunt tamen & cœlo ſua tempora, verq; ſuum, iſtuc
Vt ſiſſe *Iamon* noſcites.

Mortuus est Rex Pacificus. SOlvite iamdudum duris onerosa catenis
Gradivo, amici, brachia:
Demantur malè conſtricto ſua vincula ferro,
En pronum vt in pugnas ruat!
Exulet extremo poſthac Concordia Gange,
Terras reliquit PACIFER.

IACOBEIS ſive *Hiſtoria.*

IMo age, & à primâ repetamus origine cladem,
Damnaq;, Rex *Auguſte*, tuis hærentia buſtis
Mandemus famæ: Mallem, ſi tanta poteſtas
Vatibus, Iſmariæ ceu quondam triſtia Muſæ
Tartara ceſſerunt, ſedes luſtrâſſe ſilentûm,
Et citharâ fretus, & portâ miſſus eburnâ,
Ac revocâſſe animam de tot modò millibus vnam.
Dignior *Euridicê*: Sed nec contendite, quæſo,
Quæ fratrem eripitis morti (proh quanta ſororum

Gratia?) compositæq; exanguem *Lazaron* vitæ.
Quid frater? quanquam scio, nec me gloria fallit,
Bethania decus, & magni, dum incognitus iret
Hospitium REGIS: Quòd si novus incola tantùm
Elysio placet, & nullâ fers *Ædæ* serum
Mittere collegam, fors aut tua, CAROLE, sceptra
Et tanto redimit Pater, & sese abdicat ultrò,
(Fallor enim an sperare iubes?) saltem inclyta fato
Acta viri vigeant, longum & nil tantur in ævum.
NEC mihi materno dedicere carmen ab ovo,
Illa licet Ioue digna, hic Castoris, anne fororis
Haud impar formæ, humerisq; & corpore præstans,
Celsus, & intrato iam tum quoq; rectus Olympo.
Nec nihil interea patri debere propago,
Et *Cephalum* formâ, & vincenti *Nirea*, patri.
At mox neglecto tanto speciosior ore,
Quippe viros quâ lege decet. Sunt ista minora,
Seclis digna tamen: Nec te fortissime Princeps
Et *navo* nolim. Atquòd nondum eductus in auras
Sacra sub arcanò vitare pericula ventre,
Seu pugio ille fuit, diri seu toxica Belgæ,
Toxica sed potius ferali impulsa fragore.
Non hoc ipse taces; meminit quo pulpita quondam
Sancta tenente tuæ resonare salubriter aures,
Eloquij decus atq; intactæ gloria mitræ,
Quo nunc se felix *Wintonia* præsule tollit.
Et posthac scelerato audebit *Gomrus* ense?
ADDERIS extemplò teneris præceptor ab annis
Digne magis privo splendere volumine *Georgi*,
(Nam furias taceo, & quæ in post offendit alumnus)
Nunc parcâ dicende manu: tamen hinc quoq; noster
Crevit, & ad messem tantillâ venit ab herbâ.
O decus Arctoum, cæco quoq; *Phœbore* sæclo,
Tu veterem purgas scoriam, tu discutis umbras,
Claraq; confusis præportas lumina terris.
Invideas *Scotia* tanti præconia civis.

Forma & habitu corporis.

Conservatio virilis sexûs dum nati.

Præfugio parvâ quid & contrà post Gowrio.

Præceptor.

Nec tibi fingendo tantum laus carmine (quanquam
Ruſtica te vatem celebrare mapalia) quantum
Quà patet ad manes à ſummo curſus Olympo
Omnia divinâ complecteris ingenij vi.
Næ tibi quòd tam culta viris hodie Anglia debet,
Lauta quòd ingenijs; nec ſoli præſtat alumno
Hic labor, ac totum cui præſidet inficit orbem.
Proh quantum artifici voluit debere Magiſtro
Diſcipulum Fortuna gregem, cui molle ſagaci
Findit acu pectus, generoſumq; incutit aurum.
Præcipuè quos ſceptra manent? modò qualis *Eliſam*
Aſchamus, & minimo contentum lumine vitæ
Te noſtri poliêre bonas *Edouardo* per artes
Et *Cheeum* & *Coxum*, vel quo non cætior alter
Faſq; piumq; animis mandare recentibus, altè
CAROLON inſpiras & tu collega *Moraui*.
Hactenus, & pulchro aſpirat fortuna labori,
At iuvenem graviora manent:

Turba Scotica. Quid turbas & fœda loquar, cum peſtile virus
Evomeret Schiſma, ac, niſi pronus ad omnia Cæſar,
Fœx hominum diro inceſſum de ambone tonaret?
Proh lævi mentiſq; lociq; ! hoc ipſe referre
(Et memini) ſolitus, cum multo turida felle
Verba quidem, ſed & ora modis pallentia miris
Salſior argueret ſancti ſimulamina luctûs.
NEC tibi pars tantum mundi minus aſpera fœtu
Plumata & lucifluentium alba. Delicias animare tuas, impellere cantus,
Tunc quoq; *Naupactus*, & *Echinades*, armaq; ſævi
Fracta ſub auſpicijs *Salymi* (proh quantus in omnes
Ingruerat timor ille !) notháq; rubentia cædis
CHRISTIADVM vexilla, CRVCEMq; attollis Olympo.
Ille etiam exutam ſub eodem ſydere Muſam
Congenito ſpolio, ac lacè fulgentibus armis,
Lautior induerat noſtro *Bartaſſida* cultu.
Quod *Schola*, quod nullum limâ caſtiget *Aquinum*
Sagarum vigilârat opus; nec in omnia æquæ

Otium abire mihi: Sequeris haud segnibus alis
Et tu conspicuæ DONVM admirabile formæ,
Vt verè REGALE, & dignum nomine munus!
Iamq; adeo *Scotiæ* fines & linquimus arva,
Promissæq; Deo ducente allabimur oræ,
Auspicijs proh quàm præsentibus! omnia cedunt,
Cuncta vel invitant potius, tranquilla per alta
Ceu quondam magno pelagi ponente tumultu
Labitur vncta vadis abies, nec murmura Coris
Vlla, nec in lento luctantur gurgite tonsæ.
Hoc magnum ius fasq; volunt; sed laus quoq; nostris
Officij meminisse, & avito assurgere sceptro.
Quis fundum in proprio, vt tu regna externa, IACOBE?
EXTEMPLO magnis patriæ de rebus haberi
Concilia, & (potius studium quia religionis)
Ante omnes adeo curas, molimina regni,
Civiles nullo dirimuntur sanguine rixæ,
Quà placidùm lapsas *Hamptonia* prospicit vndas,
Præsulis & magnæ monumentum *Hamptonia* mitræ,
Vt perhibent; Hinc *Sebisuaticò* fatalis opinor,
Et tantò meritò *fraterna* oppositior alæ.
Proh qualis *Iacobe* illà vel luce fuisti
Vel cœtu procerum? cedat tibi filius almæ
Atq; *Helenæ*, atq; equitans auratis *Scipio* bigis.
Quòd si prisca novis liceat componere, ternos
(Vt fama est) pariter complexa *Hamptonia* reges
Ipsa tibi cedis tanto nunc prægravis vno.
Interea quàm largificus favor ire per omnes
Patresq; procereſq; & nullo nomine vulgus,
Immeritos etiam, nec solo schismate fœdos
Aut *maculâ*, sed enim & *leprâ*, totoq; (quod aiunt)
Abiunctos nobis vel corpore? Nemo repulsam
Ferre precum, nemo vel honoris parte carere
Vel gratiæ: neq; tu insimulex, *mitissime quando*
Sors sceptris sub rege novo; cum, qualiter orbem
Qui fovet, & radijs bene temperat auricomus Sol,

Successio in regnum Angliæ, & incruenta, & votivissimo planè populo.

Collatio Hamptoniensis.

Vt propensi in omnes fuerint.

Non

Non homines tantum, ſed inerti mole rubetas.
Fors quoq; ſic flecti poſſe ad meliora putavit.
Tria magna peccata: blaſphemia in Eccleſiam, Zelotypia, & Nihil temerè ſuſpicari.
Et ta nen argueris, nec adhuc petulantia ceſſat?
Hei mihi, nam ſumino quid abeſt à crimine laudum,
Carmine vel quid opus, cuius largiſſima donis
Hinc partem in culpæ trahitur manus, inde profeſſis
Credere, & æterno (faveant modò numina) ſectis
Et pacem terris, & fœdera figere clavo?
Lex de bonis Eccleſiæ ſiſtuta non temerandis, & Semonem oppreſſum Simoni.
NEC meritò taceam (quanquàm placet ordine cœpto
Divinorum operum pretioſa resabſoluere ſummam)
Quòd non contentus ſacris arcere rapinas
Inſidiantûm aliunde alium, ac bona non lavorantûm,
Ipſe tibi legem ſanxis iuſtiſſime Princeps
Ne liceat, contraq; ſerâ te æraria munis.
Contra Bellarminum & Perronium ſcripta.
QVID *Triplicem Cuneum* (proh dira occaſio ſcripti!
Illa quidem fumoq; ſuo, tenebriſq; tegatur)
Vel mihi præcipuâ pepulit dulcedine quod cor,
Quid regum aſſertas contra te argute coronas
PERRONI memorem? vſq; adeò Diadema galeros
Perprimit, & domino quæris, CERVINE, leoni.
Facium pulveratum.
ET quia ab invito *Pyrrus* ſe prodere *pulvis*,
Nec cupienti equidem diræ apparere lacunæ,
Hoc tantum; vel, quanta acies ſi Marte tuopte!
Vel ſi aliàs patefactum, at quæ clementia cœlo
Qui favor! Et meritò, *curat te qui tibi cura eſt.*
Cœtuum ſacrarum multiplicatio in Aulâ.
Tu numerum inſuetâ duplicas Sermonibus Aulâ,
Officijſq; pijs, & primos inter adoras.
Te duce, ſiqua manent priſcæ veſtigia fraudis
Iure pater cedant, ſceleriq; elementa ceſſant.
Ex quo nam terræ murus mare & vndâ Britannæ eſt,
Non tam fœcundâ fluxerunt pulpita venâ,
Pulpita; linigeràq; incedens veſte ſacerdos
Et pomo nitet, & gemino circunſonat ære.
Libertas & bonus habitus concionatoribus, nedum pœna.
Pergite paſtores, non eſt *Bethel*, omnibus omnes
Dum licet, & fas eſt, vires effundite portis,
In vitia, inq; malos (trabon nec parcite) mores.

Præ-

Præcipuo *Simoniacos* inceſſite telo.
At quàm, proh ſuperi, fundendo ſanguine parcus?
Quàm vellem neſcire ſtylum? Nec qui modò magno
Stemmate (proh paucis quantum *Mariana* cruoris
Aſperitas fudit vel menſibus? occidit vno
Et pater & nati (ſunt hæc ſolatia) ferro.
Tu quoq; IANA cadis, nec quo tamen appetis enſe,
Quoq; vir occiderat; & adhuc tua funera Virgo
Plangimus; ô toto viſum nil tale *Iacobo*)
Sed quid nobilitas? Equidem nec parcere ſi fas,
Si non ſævius hoc, ſub aperto crimine vulgus
Aut letho luere, aut peccatùm expendere pœnas:
Tam mite & minimo contentum vulnere pectus.
Iuſtitiane etiam quæris quàm cultor? at ipſa
Vix *Aſtræa* magis; dixit, nec cauſa pigendi eſt
Velandíve nimis (longè palpatio, longè
Hinc mihi turba Strophæ) *iuſtum* ſi ſimplice mentis
Metiri placet affectu, ſtudioq;, vt in iſta
Natura infirmo, ingenuo tamen, vſq; negare
Se veniam petere, aut defendere iudicis iram,
Si iam ſupremæ reus offerretur & vrnæ.
Quàm rectè, ſapienter, vt omnia? namq; remotum
IVSTITIA regnum latrocinio aſſidet, eſtq;
Nil niſi per tutas graſſans peiratica terras,
IVSTITIA ſolium firmatur, & omnia firmat.
At quo progreſſi? liber hic, non carmen, *Alaſtor*
Increpat, & nimio Domini ſtomachatur honore,
Oblitus ſeclis nos ſcribere.

Clemantia per omnem vitam, in omneſq; ordines.

Iuſtitia vt interrupta.

FLniſſem, nec tam *Mamum* aut *Maſtiga* moratus
Quàm tibi ne *Lector* faſtidia. Quanta loquelæ
Gratia ſed nondum memini, facundia quanta,
Et Regemq; decens, & prodens apta magiſtrum.
Nos quondam auditu expavimus. Illa vel acres
Mulceret ventos, vel ſcenam cogeret Orpheo.
Nec *patriæ* ſolum, ſed enim & *latiariter*. Offi-

Fit mira de laudibus Regis peroratio.

Idē ſpectatum Cantabrigiæ. Cum *Phyſicis* medius vel cum certantibus olim
Se inſereret *noſtris*, *Grantam* dum inviſeret hoſpes,
Et cuneis denſi tractaret fræna theatri,
Audiſſes *Buchanane* tuum. Sola improba tandem
Vis morbi, vt perhibent, tantùm vno ante vltima Phœbo,
Impedijt linguam, & lentâ radice ligavit,
Geſtus ſub mortem deficiente loquelâ. Linguam illam, cœloq; (Deus) terrâq; potentem.
Tunc quoq; ſic pactum eſt, gemituq; & lumine moto
Aſſenſus monſtrare pios. Proh quanta per omnes
Nobilis extendit vitæ ſolertia partes,
Amor in erudit. omne genus ſupra exemplum. Nec mortiq; adeo cedens? Reſtaret amores
Et noſtræ referre togæ. Quis par ſimiliſve
Vnquam *Iacobe* tibi? quis enim hæc ſic calluit alter?
Nec magis aut puerum liquidâ qui piſcis in vndâ
Arſerat, aut niveâ miſcentem pocula dextrâ
Laomedontiaden nemoroſâ abſtraxit ab *Idâ*.
Ardens ſtudiorum Acad. Cantabrig. Vt noſtris *dignatus* adeſſe penatibus hoſpes,
Dignatus leve proh verbum, *gaviſus & ardens*,
Et nullâ vel ſæpe dolis revocabilis Aulâ!
Hic moriar: hic (inquit) amamus mutua amamurq;.
Hæc alij aſt cantent, nos publica: Fas tamen illud
Mincius inſigni cecinit quod carmine vates,
Vtq; Vtro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis,
Nec *Phœbo* magis ipſi: Traius, hinc nunc quoq; pullo
(*Grantanis* quacunq; ſcholis aperitur ad auras)
Scholarum nunc ibidem lugubria. Atriq;, & pullo bene *Curia* luget amictu.
Sed quid ego ingratos in longum ducere queſtus?
Nam fugit interea, tempus fugit. Atq; tamen ſic
Scribentem effugiunt bene plurima. Quid volui, quid
Dicere? non rapido contorquentem impete ſylvas
Fluviorum regem *Eridanum*, quanquam hoc quoq; fama eſt,
Thamſis. Eluvione oſtentum funeris. Aut *Thameſim* notâ effuſum ſuper æquora ripâ,
Scilicet, & ſolitâ egreſſum regione viai,
Funeris augurio magni.
(Multa adeò & terris tum ſe portenta dedêre,
Et pelago;) ſed quod non vlla aboleverit ætas

Solli-

Sollicitum diro fauces atq; ora maligna
Inſamatori præcludere, ſeu *Ieſuita*
Sive quis ille alius, (quid enim his tam vile magiſtris
Quàm *Corycea* ſeges?) ac nec tua funera *Kinge*
Neſcierat, tua magne *Caſaubone* forſitan, & quid
Impravatum hodie mortalibus? Ocyùs ergò
Teſtari in mediis, quòd quam defenderat olim
A puero gladioq; fidem, calámoq; probárat,
Nunc quoq; complexus nec lethum horreret, & vt quæ
Sola vacans apinis & nullo pondere fumis
Inſereret cœlo, gnato mandaret habendam.
O Pietas, ò digna viro & tum cura futuri,
Et gnatum inſtruere, atq; animis ad publica verti.
Sed nos immenſum ſpatijs conſecimus æquor.
HVNC ſaltem afflicto iuvenem ſuccurrere ſeclo
Die Deûm velis omnipotens, noſtroq; mederi,
Et vatis ſimul, & magni ſuper omnia mundi,
Non conſolando, niſi ſic, æterna, dolori.

Proteſtatio Fidei in extremis longè diverſiſima.

IACOBO *Regi, Domino, & Patrono ſuo longè Clementiſſimo, Piiſſimoq;, parentavit* S. Collins, *Sacellanus, Regalis Collegij Præpoſitus, & Sacræ Theologiæ pro Regia Sereniſſimâ Maieſtate Profeſſor.*

Gratulatio Coronæ Sereniſſimo CAROLO *Regi impoſitæ.*

CRESCE *Puer patriæ auſpicijs felicibus orte,*
Carmine quo quondam cunas (vt fama) paternas
Aggreſſus celebrare tuus, tua gloria, civis,
CAROLE: Nec nobis deſunt bona verba triumphos
Exornare tuos, *Paanaq;* dicere *Regi.*
Iamq; adeò durum licèt, & natura repugnet,
Et pietas, tamen heu paulatim abolere IACOBVM
Incipimus, vivoq; libentiùs vrimur igne,
Igne *tuo*; Namq; & præſtans mirè *ipſe*, tuumq;
Omne quod eſt patrium, minimo diſtatis vtriq;
Ceu quondam annoſi reparant ſua cornua cervi,
Aut qui flammifera ſerpens proiectus in herba

Depoſitis nitet exuvijs, vel odora *Sabæi*
Interit in flammis, ſeq; ipſa reſeminat ales.
Ergò age, nec magni titulis terrere parentis
Aurea progenies, audeq; occurrere famæ,
Satq; tibi reſtare puta: quid inania *Pellæ*
Murmura, *cuncta pater!* ſpeculum, non limes ab illo,
Non modus: ac nati cernens benefacta, probetq;
Eſſe ſuis maiora, & vinci gaudeat illis.
An fruſtra *plus vltra*? & habent tua vulnera ferrum
Ni pigeat raptorem, & ſunt etiam extera regna.
O tener, ô ævi iuxta mature, nec vlla
Labe nigrans animíve aut corporis! vt tibi longè
Ceſſerunt vitia & iuveni, penituſq; ſenilis
Conſperſum vix dum primâ lanugine malas
Cingit io geminis velut amplexura lacertis,
Hinc *gravitas*, *pudor* inde hoſpesq; *modeſtia* ſeclis.
Ceſſet abhinc omnis legum *Te Principe* terror,
Æraq;, & in meritas abeant tabularia flammas,
Incluſiq; ſitu gladijq; hebeantq; ſecures.
Omnia ſolus eris; poteris, mihi crede, vel ipſo
Indomitos licèt ac nimium proh turpe furentes
Exemplo tamen & cœleſti fingere vultu
Ipſe tibi populos; vultu vel honeſta ſereno
Allicies, vel iniqua gravi fræna bis eodem.
Nec tibi *Cecropijs* non vtile pectus *Athenis*,
Imbueruntq; animum cultura potentior artes,
Et longè implacidùm procul agmine ſeduxerunt.
Quid *Pietas*? quanquam ipſa magis: primoſq; ſub annos
Sancta remollitis patuerunt ſemina glebis,
Et pater in fibris, alteq; *Moravica* quondam
Occupat, ac toto deſcendit corpore, virtus.
Luſtrâſti præſens etiam extera. Quòd ſi adeò omnes
Nunc quoq; ab oppreſſo proavi repetantur *Haroldo*,
Auſpicijs nemo potioribus, aut mage pronis
In ſtudium populis: minimo rota verſa ſonore eſt,
Et vetus abraſâ regnas *Iacobe* ſenectâ.

Eodem auctore.

Cui

CVr ità miramur nullos fulſiſſe Cometas,
Nec maduiſſe novo ſanguinis imbre ſolum?
Pyramidum mitto concuſſas fulmine moles,
Aëra nec monſtris erubuiſſe novis?
Nota cruentatis ſunt hæc Buſiridis aris,
Cum rotat vltrices torva Megæra manus.
Mitia tranquillo mirantur ſydera cœlo
Pacificos Reges, pacificoſq; rogos.
Sin Deus arcanis ſanctorum funera Regum
Triſtius augurijs, prodigijſq; notet;
Pondus habent, certiſq; ferunt præſagia ſignis,
Quæq; ſequens ætas, poſteritaſq; colet.
Sic Iris medio fulgebat in aëre, poſtquam
Succubuit tumidis obrutus orbis aquis.
Haud ſecus Auguſti maturo funere, Iani
Bellorum emittunt templa recluſa faces.
Pacifico cœlum, ſuperoſq; petente *Iacobo*,
Nil niſi bellorum rumor in orbe fuit:
Sic flammis olim perituro inſtantibus orbi
Edet inauditos buccina rauca ſonos.
Hoc fuit Auguſti portentum funeris, omen
Præcedit funus Regis & orbis idem.
Orbis inextincto niſi conflagraverit igne,
Non habet in nobis iam nova plaga locum.

Hieron. Beale Præf. Aul. Pembr.

MArtius heu Regem fatalis ſuſtulit! vnde?
Pacifico quoniam *Mars* inimicus erat.

Robertus Hobart Gen. Coll. D. Iohan.

REgem non poterant febres, vel tarda ſenectus
Tollere, ſed morbus Regius ille fuit.

Edwardus Hobart Gen. Coll. D. Iohan.

QVàm vellem *ô Socij* tanto circumſonus omni
Ex parte, ah planctu, & queſtibus, & lacrymis,
Hoc agere, & veſtro non planè aliena dolori
Pectora ceu *Pariâ* caute lapis gerere!
Sed nil proficio, nam dum tot vulnera luſtro
Et quæ perdidimus ſingula contueor,
Hoc, illud, geniumq́; artemq́; & pectus, & omnia,
Mores plus ipſo nectare nectareos,
Tam iuſtum, & caſtum, & catum, ac ſuper omnia mitem
Omnibus, in nos ſed præcipuè patrium,
Nos, quorum auguſtâ portans ceu nomina mitrâ
Foverat, aut dulci delicias humero,
Nos, quibus vt *Xantho Delon* qui mutat *Apollo*,
Aut *Delo Xanthon*, perpes ita hoſpes erat;
Quid *magnæ Fidei* magnum quem impendit honorem
Dicam, vel pacis per populos ſtudium,
Cæteraq́; infinita? Hæc vt ſimul omnia luſtro,
In parteſq́; animo diſtrahor innumeras.
Non aliter ſtupeo, (at ſtupeo tantum) obq; rigeſco,
Ac fruſtra veteres ſollicito Dominas,
Quàm quæ nativo librat ſe pondere *Tellus*,
Aut mediâ *Niobe* prole trahit ſilicem.

CVr mea non ſolito labuntur metra vigore?
Incidit pennas ſors gravis iſta meas.
Et tamen à *Caroli* feſtis nova pluma triumphis
Addat ad ingenium forſitan ipſa meum.
Carole vive precor, tecum mea vota; gubernes
Regna per innumeros tradita *Neſtor* avos.

Io. Robinſon Regal. R. Sereniſs. M. pupill.
ſervuſq́, ſubmiſſiſſ.

Κἂν σαλῇς Σκοτίη, κἂν ἴτρομα σοὶ Σκότος ὀμλῷ
Σὺ σκιῇ ἦς, Σκότος ὢν· ἦς δὲ φάος Σκοτίης·
Ἧς Σκοτίης Ἰάκωβε φάος· νῦν δὲ σκότος ἐσσί·
Ἧς φάος, ἀλλ' ἔτι ζῶν· ἦ σκότος, ἀλλὰ θανών·

ζῶν

Ζῶν φάος ἦς, φάος ἐστὶ θανών· τόδε χρῆμα ἀληθές·
Τῦτ' ἐσ ἐπιχθονίοις, τῦτ' ἐσ ὑπερκοσίοις·
Χάλλιστε, ὦ βασιλεῦ, γαῖαν βροτοὶ ἄλγε' ἔχυσι·
Δώμαθ' ὑπὲρ λαμπρὰ ἔχεις· χάρμα δ' ἔχυσι θεοί.
Κάτθανες, ἀλλ' ἔτι ζῇς· ἢ κάτθανες, ἀλλὰ σὺ μοῖρα
Ἀθάνατον, σπίλον, θῆκεν, ἄναξ, θεόν.

Ῥαδάμανθος ὁ Οὐιντεζλώνιος ἐκ τῦ βασιλίως.

Ianitor. Nuncius. Cancellarius.

Ian. QVis novus inſolitis lacerat clamoribus auras,
Dum celeres mediæ noctis aguntur equi?
Clauduntur portæ: Si quid, tu fare quid afers?
N. Non licet, aut faciam: *I.* Sed tibi abire licet:
Cuius es? vnde venis? quid portas? *N.* Multa dolenda.
I. Ocyùs hinc rape te: Cauſa doloris ades?
Quem vis? an *Dominum*? *N. Dominum* volo *Nuncius*. *I.* Intra,
En laxata tibi ianua tota patet.
N. Dormítne an vigilat? *I.* Quæris cum ſydera noctem
Præcipitent? *N.* Miror poſſe quiete frui:
Compella; ſtimula; propera; narranda referre
Eſt animus: video non procul eſſe necem;
Ni properes, mors præveniet: quid Ianitor hæres?
Rumpe moras omnes; ocyùs illud age.
I. Parce precor, *Domine*: Infandi tibi cauſa doloris
Importunus adeſt *Nuncius*; ille vocat.
C. Ianitor infandum narras malè ſane dolorem?
I. Non ego: neſcio quis *Nuncius* hoſpes adeſt.
C. Hoſpes an hoſtis adeſt, narras? *I.* Idem hoſpes & hoſtis.
C. Mens me neſcio quid triſte timere lubet.
I. Nuncius en coram: *N.* Infelix tibi *Nuncius* adſum
Funeris: *C.* Ah! cuius? *N.* Lingua retenta negat
Officium præſens. *C.* Quorſum hæc præſagia mentem
Suſpenſam terrent? dic age, cuius ades?
N. Occidit (infandum) verum occidit. *C.* An Procerum quis?
N. Occidit. *C.* Ah! perij. *N.* REX tuus: *C.* interij.
Funde tuas lacrymas *Academia*, quas vehit amnis
Turbatus nuper flumine *Camus* aquas.

Cinge

Cinge *Novum* pullo velamine mœſta *Sacellum*
(Luctibus & lacrymis convenit iſte color.)
*Concilium*q; voca, *Doctorem* & *vtrumq*;, *Magiſtrum*,
Ereptumq; ſciant nuper abeſſe *Deum*.

Procancellarius ad Senatum Cantabrigienſem.

ACcipite, ô ſocij, (quoniam convenimus omnes)
Quæ mihi, quæ vobis cauſa doloris adeſt:
Nos *Tutelarem Mœcenatemq*, *Deumq*,
Perdidimus: Miſeris quid ſupereſſe poteſt?
STATVTVM EST. Hoc ſupereſt: PLACET hoc, *Solenni more quotannis*
Sublatum ex oculis commemorare Deum?

Sic viſum ſuperis *Doctoribus* atq; *Magiſtris*;
Omnibus idem animus gratus, & ardor erat.

AD CAROLVM *REGEM.*

ACcipe *pullata* ſuſpiria, CAROLE, *gentis*,
Et chartas lacrymis ſicut ab imbre graves;
Et dignare tui vultus ſplendore tenebras
Afflictæ MATRIS pellere: namq; potes:
Sic dextro poſthac faciemus *Apolline* verſus;
Sic erit ALMA iterum MATER vt antè fuit.

Ad Lectorem.

SIquid repperias *obſcurum*: (*Candide* Lector)
Nubila ſunt ſubitis carmina noſtra malis.
Occurrat ſiquis tibi verſus *Hypermeter*: Idem
His lacrymis *nullum* prædicat eſſe *modum*.
Siquis *deficiat*: tentantem dicere plura
Deſernit dominum *penna*, *manuſq*, ſuum.
Imprudens *erret* ſi fortè *Typographus*: æquum,
Ignoſcat, ſupplex poſtulat: *ager erat*.

Radulphus Winterton Regal. P.C.

FINIS.